¶ Quinta nola est: libros nimis p̄ciosos parare. Sūt qui libros inaurant ⁊ serica tegimenta apponūt p̄ciosa ⁊ superba. Grandis hec fatuitas: humilē dei sapiētiā in libris superbis haberi velle. Amat sapiētia dei corda humilia: Abscondisti hec a sapientib⁹ ⁊ reuelasti ea paruulis: Matth. xi. Amat etiā corpora humilia: vnde sapientes hoīes sepe parui sunt sepe em̄ est sub palliolo sordido sapientia: ⁊ vbi humilitas ibi sapientia. Prouer. xi. Sic ⁊ sapientia amat humilē scripturā. Amat etiā verba humilia: sicut patet in verbis sacre scripture: q̄ valde humilia sūt Itē scriptura humilitatē docet: vnde ⁊ humilitatē debet habere: parere legi quā ipsa tulerit: legē humilitatis p̄cipit scriptura sacra: vnde debet eam habere. Sit nobis in exemplū sanctus Hieronymus. Habeāt (inquit in plogo sup̄ Job) qui volūt veteres libros vel in membranis purpureis auro argētoq̄ descriptos: vel initialib⁹ (vt vulgo aiunt) literis onera magis exarata q̄ codices. dūmodo mihi meisq̄ p̄mittāt paupes habere scedulas: ⁊ nō tam pulchros codices q̄ emendatos. Sit nobis deinde exemplū Apl's. ij. Thimoth. iiij. Affer aūt inquit tecū libros: maxime membranas. Sit p̄cipue in exemplū liber vite Christus dn̄s: qui humiliari voluit vsq̄ ad ad hoc q̄ nouissimus esset. Vide librum hunc nigro liuore scriptū: sanguine rubricatum virgis in flagellatione: quinq̄ capitalib⁹ siue initialib⁹ literis magnis vulnerꝝ quinq̄ insignitū asseribus crucis illigatū: ⁊ clauis eratū (beschlagen) Ecce exēplar libri vite: qd̄ expassum est vt s̄m id faciam⁹. Nimirū intolerabilis est superbia in alijs libris: ex quo liber vite tantū humiliatus est. Si quis moderate amore sapiētie ⁊ dei (quē ostendunt ⁊ asserunt libri) libros ornaret: nō puto hoc reprehensibile fore: dūmō pauperes ꝓpter hoc nō negligerent̄: cū pecunia hec veniret necessario pauperib⁹ distribuenda. Hoc em̄ videmus fecisse patres qui ante nos fuerūt: qui libros euangeliorū quos ad osculū porrigimus auro ⁊ argēto ornauerūt. Sed semp̄ attendendū ⁊ cauendū: ne quid nimis. ⁊ ne (vt dixi) ꝓpter hoc pauperes priuent̄ alimonia: ⁊ alia necessaria ⁊ bona omittant̄ aut impediant̄. scd̄m hoc intelligi debēt suasiones adducte. Itē vt Lyra recitat: iudei habent libros supra se nunq̄ sub se: ob reuerentiam contentorum in eis.

A ¶ Sexta nola est libros male ⁊ imp̄fecte scribere. De his fatuis Franciscus Petrarcha: Scriptores inquit lege nulla frenati: nullo p̄bati examine: nullo iudicio electi: nō fabris: nō agricolis: nō textorib⁹: non vllifere artiū tanta licētia est: cū sit in alijs leue periculū: in hac graue. Sine delectu tn̄ ad scribendū ruunt oēs: ⁊ cuncta vastantib⁹ certa sunt precia Nec vero hec scriptorꝝ magis humano more lucra captantiū q̄ studiosorū publicisq̄ rebus presidentiū culpa est: quib⁹ nulla vnq̄ rei hui⁹ cura fuit: oblitis quid Eusebio Palestine Constantinus iniunxerit: vt libri scilicet non nisi ab artificibus ijsq̄ antiquarijs ⁊ p̄fecte artē sciētib⁹ scriberent̄. Et autores antiqui in fine librorꝝ adiurationes horrendas legunt̄ addidisse ⁊ maledictiones in eos qui aliquid in eis immutarent

adderent vel demerēt: sicut ꝛ Joan. in Apoc. infine. Negligit hoc ignauissima hec nostra etas: in quā feces seculoꝝ deuenerūt: culine solicita: literaꝝ negligens: ꝛ coquos examinans nō scriptores. Quisqꝫ itaqꝫ pingere aliquid in mēbranis manuqꝫ calamū versare didicerit: scriptor habebit: doctrine ois ignarus: expers ingenij: artis egens. Nō quero iam nec queroꝛ orthographiā: que pridē interijt. Qualitercūqꝫ vtinā scriberent quod iubent: ꝛ appareret scriptoris infantia: rerū substantia non lateret. Nūc confusis exemplaribus ꝛ exemplus vnū scribere pollicitī sic aliud scribunt: vt qō ipē dictaueris nō agnoscas. Jn si redeat Cicero aut Liuius multiqꝫ alij veterū illustriū: ante oēs Plinius secūdus: sua scripta relegentes intelligentē ꝛ nō passim bestiantes mūcalicna credent esse: nunc barbara. Inter humanaꝝ inuentionū tot ruinas litere sacre stant cū maiori hominū studio: tū vel maxime protegēte sua sancta poemata: suas sanctas historias diuinasqꝫ suas leges: autoꝛe illaꝝ deo: suamqꝫ perennitatē suis inuentionibꝫ largiente: reliquaꝝ nobilissime pereunt ꝛ iam magna ex parte periere. Hic ingēs damni nullū est remediū: qꝛ nullus est sensus: neqꝫ id nouū hac in re virtutū ꝛ moꝛū: damna ingentia negligunt. cū tanto studio minoribꝫ occurrat: literaꝝ iacturā inter minimas numeratis. Hactenus ex Francisco. Lamentat Perotus in epla quadā negligentiā impꝛessoꝝ ꝛ coꝛrectoꝛū: quē videre poteris: ꝛ reperies cosdē ad hanc pertinere nolam. Jtem in Francisco Petrarcha cōtra eos q̄ dictāt libꝛos ꝛ venā nō habēt neqꝫ dicrandi gratiā.

¶ Septima nola: Libꝛos cōtemnere ꝛ pꝛorsus abȳcere. Sunt qui literaꝝ iacturā inter minimas (vt predictū est) numerant: immo qui numerant inter lucra. Fuit nup (ait Franciscus) nō in agris aut in siluis sed in maxima flozentissima qꝫ ꝛ qō stupeas vbe Jtalie: neqꝫ is pastoꝛ arato: ve: sed vir nobilis magniqꝫ apud suos ciues loci: qui turaret se magno pcio emptuꝝ: ne qs vnqꝫ suā patriā literatus incoleret aut intraret. O vox sarei pectoꝛis: ferē tale aliqd sensisse Licinius: infestus literis: vt scriptū est. quas virus ac pestē publicā noiabat. Sed oꝛigo illū rusticā forsan excusct. Etsi em̄ vsqꝫ ad cesareū nomen ascendisset: naturā tamē nō eruerat: verū em̄ est illud Flacci: Foꝛtuna nō mutat genᵒ. (Der nün mol ein rappen bübt: würt doch kein falck doꝛuf. Vnd der ein suw satelet: würt dannocht kein zelter) Sed qd de nobilibꝫ dicam: q̄ nō mō perire literas patiunt: sed eroptant votis. Equidē hic rei pulcherrime cōtemptus atqꝫ odiū bꝛeui vos in profundū ignoꝛātie demerserunt. Hec Franciscus. Similiter recitat in fine cronice sue Gaguinᵒ de Ludouico rege Francie: qui nostris tēpoꝛibꝫ virit. qui filiū suū Carolū bodie viuentem ꝛ regnantē huius nominis octauū: nulla eruditione latina instituī voluit: existimans literas impedimento esse regnātibꝫ deqꝫ se id iudicium faciebat: q̄ cū excellenti ingenio esset ꝛ plurima nosset: ad molestiam sibi eruditionem accedere dicebat. Simile de patre Eberhardi comitis postea pꝛimi ducis wirtenbergensis certo ꝛ vere di

cebatur: qꝛ moriēs iureiurando cōsules suos aulitos cōstrinxit: ne eundem filiū suū Eberhardū literas latinas discere ꝑmitterēt. Et ita factū est: qꝛ mihi ꝑsi cū latine sibi loquerer: respōdit se nō intelligere: sꝫ de se hoc plurimū dolere asseruit. Prudēs em̄ erat princeps: ⁊ doctos in magno habebat ꝑcio: atqꝫ doctissimos quosqꝫ vndecūqꝫ potuit accersebat coniungebat: honorabat. Et qui vidit testimoniū perhibuit.

Sabbato post Esto mihi. Tertia Martij.
Stultorum infinitus est numerus. Eccēs. i. Euangeliū.

Secunda turma stultoꝝ: est maloꝝ iudicũ ⁊ senatoꝝ iniquorũ. Gfiltzt narrẽ. Et vt neqꝫ hic fallamur: vnd einẽ myſ griff tugẽt iustũqꝫ cũ iniusto condemnemus: cõsiderande sunt septẽ nole: quibꝫ insigniti sunt illi falsi ⁊ fatui iudices: ⁊ vbi vnũ ex his videris: scito quia est de hac turma. Ponit aũt eas Anth. parte. ij. ti. i. c. xix. §. i.

¶ Prima nola est. Judicare nõ subiectũ: dũ quis iudicat eũ qui nõ est sibi subiectus: vt laicus clericũ ⁊ prelatus non sibi subditũ. Nolã hanc quatit tali fatuo b. Paulus Ro. xiiij. Tu aũt q̃s es o hõ q̃ iudicas alienũ seruũ? Et in figura dñs p̃cepit: ꝙ transiens ꝑ alienũ agrũ nõ mitteret falcẽ i alienã messem: scꝫ falcẽ iudicij in nõ subditos: vt exponit Grego:

¶ Scda nola est: Judicare de occultis: q̃ deo sunt reseruata. Nolite iudicare ante tp̃s q̃usqꝫ veniet dñs. Et Urba. papa. De manifestis q̃dẽ loquimur: secretoꝝ em̃ cognitor ⁊ iudex est deus. xxxij. dis. Erubescant

¶ Tertia nola est: Judicare sine ordine iudiciario. Nullus est cõdemnandus: nisi iudicio ordinabiliter habito aut cõuincat: aut se reũ confiteatur. Et Job. xxix. Causam quã nesciebã diligẽtissime examinabam.

¶ Quarta nola est: Per pecuniã sententias ꝓferre. Nõ licet iudici vendere iustũ iudiciũ: vt dicit Augu. xi. q. iij. Nã sicut dicit Antho. §. iiij. in fine. Judex si accipit pecuniã vt iudicet siue vt nõ iudicet: siue vt iudicet male siue iudicet bene: peccat mortaliter. cum teneat gratis officium suũ exercere: pecuniam aũt illam retinere nõ potest. Vide doctorem.

¶ Quinta nola: Judicare ex leuibꝫ suspitionibꝫ ⁊ nõ sufficientibꝫ ꝓbationibꝫ sententiã ꝓferre. Noluit deus iudicare sodomitas: cũ audisset clamorẽ de eoꝝ vitio: cũ oĩa sciret. nisi prius oculis videret ꝑ angelos inquirens. Et hoc quidẽ nobis in exemplũ. Unde Melchiades pap. di. Primo sp̃ oĩa diligẽter inq̃rite: vt cũ iustitia ⁊ claritate diffiniatis: neminẽ ꝯdẽnetis añ verũ ⁊ iustũ iudiciũ: nullũ iudicetis suspitiõis arbitrio.

¶ Sexta nola ẽ: Judicare nõ ex zelo iustitie vl̃ ratiõe: vel ex passiõe odij vel amoris aut alterius male opinionis. Sicut iudei ex odio: Pilatꝰ ex timore iniusto cõtra christũ ꝓcesserũt. i. Pe. ij. Tradebat aũt iudicãti se iniuste. Uñ Grego. dicit ꝙ q̃tuor modis ꝑuertit̃ humanũ iudiciũ. Timore: dũ metu ptãtis alicuiꝰ loqui ꝑtimescimus. Cupiditate: dũ p̃mio animũ alicuiꝰ corrũpimꝰ. Odio: dũ ꝯtra quẽlibet aduersariũ molimur Amore: dũ amico vel ꝓpinquo p̃stare aliquid intendimꝰ. xi. q. iij. q̃tuor

¶ Septima nola est: Judicare pctõres: quibꝫ ipe sil̃is est. Inique iudicat q̃ existẽs in sil̃ibꝫ pctis vel grauioribꝫ: ⁊ p̃cipue notorijs reos cõdemnat. Tangit nolã hãc Apl̃s: In q̃ aliũ iudicas teip̃m cõdẽnas. i. cõdemnabilẽ ostẽdis. Hoc em̃ aliũ scandalizat: vt in. ij. ij. q. xxxiij. qꝛ nõ videt̃ facere ex iustitia: sed ex suꝑbia ⁊ ostentatione. Unde ⁊ dñs de adultera dixit: Qui sine pctõ est ⁊c. Nõ tñ debet crimina dimittere impunita: sed ꝓponere emẽdationẽ in se: ⁊ cũ humilitate cõdẽnare: ⁊ nõ peccabit. Hec Anthoninꝰ: quẽ vide. ¶ Habes ecce nolas septẽ: quibꝫ stultos illos iudices ab alijs sapiẽtibꝫ iudicibꝫ dinoscere poteris. Sed vt melius eos

cognoscas: describunt ꝛ depingunt in nostro speculo sub speciali figura cos significante. Depingit enim hic porcus: quē duo fatui iudiby in caldariū cogere nituntur. Est porcus miscellus pauper: caldariū falsa ꝛ damnosa sententia: fatui iudices. Q; si prauos ꝛ crudeles hoꝝ stultoꝝ iudicū et pauperū qs oppримunt mores speculari volueritis: speculū theutonicū vosipsi legite: ꝛ singula i ea cōtenta diligēter notate: presertim illud qō in additionib; dicit: qz nullū doctū in suū concilū admittunt: nimirum in quitē totius reip. Plato enim (vt Boetius testis est) respublicas fore beatas dicit: si eas aut sapientes regerēt: aut capti rectores sapientie studerent. Sapientia enim ipa dicit: Per me reges regnāt: ꝛ cōditores legū iusta decernūt. Et in lege Moysi iussus est rex scire legē. Nota deinde qō dicit de Achitofel ꝛ Chusi. Et quid est Chusi: quid Achitofel: Audite fratres: erant hi duo cōsules Dauid. Cūq; Absolon filius Dauid sibi regna patris usurpauisset: adhesit Achitofel Absoloni: Chusi autē ipsi Dauid. Ait aūt Dauid ad Chusi: Melius est vt adhereas Absoloni: ꝛ impedias cōsilia Achitofelis: q; q mecum sis ꝛ mihi sis potius oneri q; vtilitati. Igit sic fecit. Cūq; in deliberatiōe positū esset quid foret agendū: consuluit Achitofel dicens Absolom: Eligam mihi duodecim milia viroꝝ: ꝛ consurgens psequar Dauid hac nocte ꝛc. Cōtrariū cōsuluit Chusi dicens: Non est bonū hoc consiliū qō dedit Achitofel: hac vice ꝛē. q. Reg. xv. ꝛ. xvij. Sicq; Chusi ipediuit cōsiliū Achitofel: ꝛ Dauidē cōmonefecit vt fugeret. Achitofel ergo videns qz consiliū suum dissipatū esset: se suspendit. Vtinā oēs qui cōsulunt cōtra Dauid dñm deū ꝛ legē suā: hac morte perirent. Fuit Chusi p Dauid: significat ille bonos consules qui pauci sunt: Achitofel multi. hoc est qō hic dicitur: Der gut Chusin ist ley der tod. Audiāt hoc oēs qui iudices sunt cōstituti: ꝛ iusta iudicia decernāt: timeant dei horrendū iudiciū si cōtrariū fecerint. Nemo sibi blandiat: qz deus vindictā protrahit ꝛ dissimulat. Ni mirū horrende ꝛ cito apparebit: vt ait sapiēs Sap. vi. Judiciū durissimū fiet his qui presunt: exiguo cōcedit misericordia. Potentes potēter tormenta patient. Notate verba ꝛ signate mysteria o iudices: horrende ꝛ cito apparebit vobis. Vobis qui modo horribiles apparetis pauperibus ꝛ innocentib; stipati militib; ꝛ multitudine famulorū: honorati muneribus ꝛ adulationib; clericoꝝ ꝛ monachoꝝ: ditati pecuniis ꝛ abundantia mundanoꝝ: ꝛ onerati sceleribus ꝛ debitis pctōꝝ. Cauete: quia iudex vester Christus horrende ꝛ cito apparebit vobis: horrende ꝛ quidē iuste. Siquidē qua mensura mensi fueritis: ꝛ cadē remetiet vobis. Cū austeritate imperabatis subditis ꝛ cū potētia. Ezech. xxxiij. Et cito. Nolite putare qz tardabit: cū dixerint pax ꝛ securitas tūc repentin⁹ eis veniet interitus. i. Thessal. v. Plane viri sanguinū ꝛ dolosi nō dimidiabunt dies suos. O quot subitanea morte obierūt: congrua mors rectoꝝ iniustoꝝ Dic quot morte prouisa obierūt q erant intentores cause quondā cōtra magistrū Joannē Creutzer: Plane oēs quos nouimus mala morte pe

rierunt. Apparebit tibi o ceceiuder deus: ꝛ ante oculos tuos tibi se sta
tuet: quē nunq̄ pre oculis habere voluisti. Veniet cōtra te cū potestate
magna ꝛ maiestate: ꝛ videbis filiū hominis: qui faciet tibi iudiciū du
rissimū quale alīs fecisti. ꝛ potenter te torquebit: qui exiguos torsisti.
Et quidē dignum ꝛ iustum est: vt te potenter torqueat dñs deus. quia F
cōtra deum magis cuius officio fungeris: dicit em: Dei est iudiciū. Sed
ꝛ contra bonū cōmune quod conseruat ꝛ promouetur p iustitie execuci
onem: et contra charitatē ꝛ iustitiam erga illum contra quē profers sen
tentiā. Putasne quia simplici absolutione possis liberari? Non plane:
sed requiritur satisfactio ꝛ restitutio. O infamis ꝛ raptor: immo rapto
re peior: ꝛ cur peior? Prestat tibi gladium populus: vt cū defendas ex
tuearis. tu aūt cū eodē gladio iugulas: tutor primus in pupillū seuis.
Cur queso te constituerunt principē ꝛ iudicē plebs vniuersa? Nunquid
vt eos premas: iugules pauperes? Nō plane: sed vt defendas ab iniuria
diuitū ꝛ potentiorū. Age penitentiam o frater ab hac malitia: conuerte
re ad cor. Cogita quia longe es a regno dei: neq̄ deus inultū sinet iniu
stitiā hanc. Quēadmodū iustos iudices proculdubio singulariter pre
miabit: quanto difficilius opus est ꝛ se immaculatū tenere in tali offi
cio. Imitari si nō vis christianos principes defensores pauperū: vidu G
arū ꝛ pupillorū: qualis erat beatus Ludouicus. saltē gentiles intuere:
Traianū ꝛ alios: quos note sunt hystorie. Audi rem miram: quēadmo
dū deus diligat iustos iudices: ꝛ in sui singularē suscipiat tutelam. Re
citat Petrus de Palin. ītē. q̄ in francia dū quidā foderet in agro suo:
inuenit humanā linguā viuā loquentē. interrogatus quis esset: respōdit
linguā fuisse hominis pagani: qui iuderfuerat: diu in paganismo mor
tuus ꝛ sepultus. ꝛ quia nunq̄ dederat sententiā iniquam: ideo deus cō
seruauerat animā illam in illo membro sue linguc quousq̄ baptismū
reciperet. Unde rogauit q̄ hoc significaret episcopo loci: vt veniret ad
baptizandum eum: ꝛ hoc esset signū predictorū si ipsa lingua baptizata
subito in puluerē reuerteretur. Aduocatur itaq̄ episcopus cum clero ꝛ
populo: ꝛ post locutionem ipsius linguc de predictis coram omnibus
baptizata subito resoluta est in puluerem. Audiant hoc iudices: ꝛ lin
guam suam assuescant rectis iudicijs proferendis: quatinus hic gratiā
ꝛ alibi consequi mereant gloriam. Prestante domino nostro Jesu chri
sto: qui est benedictus in secula. Amen.

Auarorum

Dominica prima Inuocauit. Quarta Martij.

Stultorum infinitus est numerus: Eccs. i. Euangeliū.

D Tertia stultorꝝ turma est auarorꝝ. Gelt narren: karg narrē. Sed ne ꝛ in illlis erremus: ꝛ iustū cū impio condēnemus. nō em̄ oēs pecuniosi aut diuites stulti sunt. Nunquid em̄ Job: Dauid: Abraam: Jsaac ꝛ Jacob stulti erant? Notande sunt nobis due nole: quibꝫ notant̄ diuites auari: stulti itaqꝫ: ab alijs diuitibus. Quas nolas emi a doctore sancto in prima secunde: ꝛ in secunda secunde.

¶ Prima nola est: Diuitas siue tpalia sibi finē statuere. Ubi nolā hāc

videris: proculdubio perniciosissima est auaritie stulticia: quibꝫ cum
eterne damnationis conto veniet caput cõtrectandũ (Den narren wirt
man mit dem kolben der ewigen verdamnis lusen) quia sunt in pecca-
to mortali. Et quid est inquis totaliter inherere rebus huiꝰ mundi vt
in eis quis finẽ cõstituat? hoc est qui habet eas quasi rationes ⁊ regulas
suorũ operũ: vt in.i.ij.q.cviij.ar.iiij. Habet sagittarius metã suã: iuxta
cuiꝰ exigentiã balistã tenet ⁊ sagittã dirigit: ⁊ philocaptus ꝓpositũ suũ
quomõ amice sue placeat: huic surgit: se vestit: vadit: se cõponit: breuit̃
oĩa in hoc ordinat: ⁊ oĩa negligit: oĩa contẽnit vt ei placeat. Sic ⁊ aua-
rus fatuus pecuniã statuit finẽ oĩa in eius acquisitionẽ ordinat: blan-
ditur alijs: salutat: laudat: vt eos ad se trahat ꝑ sua vtilitate. Irascitur
impedientibꝫ eũ a pecunie cõsecutione. Quid multa: oẽs actus: sermo-
nes: oĩa opera dirigit in hunc finẽ. Ipsi sunt qui faciunt sibi Denariũ J
quasi deũ. Et sicut iustus deũ sibi finẽ statuit pro cuius honore ⁊ ad im
plendũ eius voluntatẽ: ieiunat: orat: elemosynas dat: ⁊ oẽm suã vitam
in eũ ordinat. Sic ille in denariũ illi credit (Die rychen hond den glou
ben in der kysten) in illũ sperat: hunc diligit: prefert eũ dilectioni dei ⁊
proximi. Siquidẽ nõ curat preterire p̃cepta dei qꝛ peierat mentit̃: de-
cipit: furatur: elemosynas non prestat in necessitate: neqꝫ p̃cepta ecclesie
obseruat: missam negligit die dñica: a seruilibus non cessat vt pecunie
obediat: ⁊ eam acquirat: porro neqꝫ parcit proximo ⁊ eius dilectionem
preponit: quia dũ de pecunia agitur oĩs cessat amicitia. Hunc denariũ
habet pre oculis in sacramentorũ ꝑceptione: in matrimonio dũ ducit
vxorem: pecuniã honestatẽ respicit si in ordine sacro constitui vult: mo-
nachari: ep̃ari: non deus: sed denarius: p̃benda: abbatia: ⁊ ep̃atus pre
oculis habetur nõ deus: vt dixi: oĩs cõtritio ⁊ tristitia siue displicentia
maxime est de denario amisso nõ de deo offenso: huic vigilat: peregri-
natur: laborat: suspirat: de eo loquit̃: laudat ⁊ semper de eo cantat: q̃d
multa? quod Paulus hodie cõmemorat in epistola Christianos ꝑ deo
pati debere: hoc ille pro denario libenter patit̃. In oĩbus inquit exhibe- K
amus nosmetipsos sicut dei ministros: illi vt denarij ministros: in mul
ta patientia: in tribulationibꝫ: in necessitatibꝫ: in angustijs. ĩ plagis: in
carceribus: in seditionibꝫ: in laboribꝫ: in vigilijs: in castitate: in scientia
in longanimitate. Hec oĩa auarus pro denario. Paulus ꝑ deo: in his
q̃ seqnunt̃ abinuicem separãtur: in suauitate: in spiritusctõ: in charitate
nõ ficta: ĩ verbo veritatis: in virtute dei. Hec in auaro nõ sunt: sed reliq̃
omittentes ꝓsequamur qđ nr̃o tempori ieiunij cõgruit: ecce in ieiunijs
multis stultus hic cõsumitur ipse ⁊ familia: nõ aũt pro deo sed deuario
Sane ⁊ pecunie parcat: ori suo ⁊ familie subtrahit: qđ in os burse re- L
ponit: ⁊ ideo ieiunat suo deo denario: ieiunat miser fatuus sup̃bus: ꝓpt̃
laudẽ humanã ⁊ glorie trãsitorie famã. Fatuus nimirũ quippe q̃ de hoc
subtrahit vni hosti: pascit duplicẽ hostẽ: qđ em̃ carni subtrahit per ieiu-
niũ: pascit diabolũ ⁊ mundũ: ieiunat gulosus ⁊ suo deo ventri scilicet.

Mira res inqs quomodo colit venter ieiunio: hoc mō in primis: quia ieiunant ideo vt postea melius comedāt: z ita nihil aliud facīt: qz q; solennitatē dei sui: scz ventris puenīt: vigilia ieiunij detestabilis. Dein de alij ieiunāt z tēpore ieiunij querūt delicata cibaria: z tūc volūt comedere splendidius z lautius: z tantū vna vice comedunt quantū comederent in duabus qñ non ieiunāt. Et tales talē gratiā solū faciunt deo: scz q; duos obulos dant sibi pro vno denario: z candē gratiā facerēt Judeo
D vel Saraceno. Sunt tandē qui trib⁹ diebus plus manducāt pro vno miserrimo ieiunio qō ieiunāt. Nam p̄cedēte die dicūt: cras ieiunabim⁹: die sequēti dicūt heri ieiunauim⁹ die ipsi⁹ ieiunij dicūt hodie ieiunam⁹ et ita defraudāt deū: qz pro trib⁹ obulis nō soluūt nisi vnū denarium. Sed ais: de ieiunio feci mentionē ppter euangeliū z tēpus: Quid faciet homo qui habet sufficientē causā non ieiunandi vt satisfaciat? Dico q; tres regulas obseruare debet qs ponit Gabriel in iij. sniaz dis. xvi. sit sobrius: sit solitari⁹: sit solut⁹. Prima regula sit sobrius habēs rationabile impedimentū: tm̄ z totiens sumat de cibo quantū z quotiens sufficit ad impedimēti remotionē z abstineat a superfluis. gratia exempli: si quis habēs debile caput ita vt nisi mane sumat cibū calidū statim incidit vertiginē quā postea nō incidit sumpto cibo: sufficit illi vt mane sumat sobritiūculā aut aliud calidū: z post cōtentus sit in vna cōmestiōe quoniā si post sufficientē refectionē vnicam iterū cenat vel comedit: iam manifestū est vt dicit Augustinus: eū nō p̄ infirmitate ieiunare nō posse sed pre gula ieiunare nō velle. Clerū vir teneri pōt punctuale mediū sed
¶ cauendū est notabilis excessus. Secūda regula: sis solitarius vel secretus (still) Hec est regula beati Augustini in fermone de quadragesima dicētis: qui ieiunare non ualet secretius sibi soli aut cū alio infirmo p̄paret qō accipiat z illos q; ieiunare ualent ad prandiū nō inuitet: ne sibi augeat de alterius gula peccatū. qz si hoc fecerit non solū deus: sed et homines intelligere possunt. illū nō p̄ infirmitate nō posse sed p̄ gula ieiunare nō velle: sufficit illi q; ipse ieiunare nō preualet z magis cū gemitu z suspirio animi dolore māducet p̄ eo q; alijs ieiunantib⁹ ille abstinere nō pōt. Tertia regula: sis solut⁹ scz obligatiōe p̄ dispensationē a superiori testis est b. Tho. in. ij. ij. q. clvij. ar. iij. Si causa excusans aliquē ab obseruatiōe ieiunij ab ecclesia instituti fuerit euidens: pōt talis p̄ seipsum obseruantiā p̄terire: p̄sertim p̄ suetudine interueniēte: vel si nō possit facile recursus ad superiorē haberi. Si vero causa sit dubia: debet ad superiorē recurrere q; habet potestatē in talib⁹ dispensandi. Cauebit tm̄
Q occasionē scandali iuxta scōam regulā. Sed quis ē superior queris potens in hoc dispensare. Host. dicit q; epūs nec sufficit licentia simplicis p̄sbyteri etiā ex causa iusta nisi sūma necessitas imineat: itaq; ad ipm̄ non potest haberi recursus sine piculo. Alij dicunt q; arbitrio boni viri standū est: pro quāta necessitate sit frangendū ieiunū potius q̄ p̄ doctrinā generalē: z sic cum p̄rius sacerdos sit iudex ordinarius conscientie

videt q ipse possit. Ego vero credo ait Angelus: si loquamur de dispē
satione q est quedā relaratio iuris q tunc ptinet ad epm solū: qui causa
subsistenti nec debenti ieiunari pōt dispēsare t ieiuniū in aliud bonū cō
mutare. Si vero loquamur de declaratiōe scz vtrū sit causa legitima
vel nō: sic credo q sufficit dispensatio cōfessoris, prij q ē bone vite t cō
siliū medici sed medic⁹ peccat si sine rationabili causa cōsulit vt frāgat.

¶ Secūda nola qua fatuus pecuniarius noscit: est in medijs ad debi P
tū finē ordinatis excedere. Dicit quis: nō est hoc mētis mee q ita pecu
niā diligā vt finē in ei⁹ acquisitiōe vel intentiōe pstituā: aut quomōlibet
ptra dei aut primi charitatē aliqd agere vellē scio qd dixerit dns: Pri
mū qrite regnū dei t iustitiā ei⁹: t hec oia adijcient vobis. Fateor abun
do in diuitijs: t eas pter necessaria teneo: sed pterea contra deū facere
nō vellē ei⁹ vel ecclesie puaricando pcepta. Pauperi in necessitate existē
ti subuenire sum parat⁹: missam nō negligo die festo: nō peiero: neminē
defraudo. Sed fateor: (vt dixi) supflua teneo: curā reifamiliaris t soli
citudinē nimiā habeo: sed tñ (vt spero) citra dispendiū charitatis dei et
primi. Intelligo te frater effugis primā nolā: sed hāc nō aufugis: t si eā Q
nō pernicioſe puersum finē statuas: sed finē rectū tamē medijs nō con
mensuratis vteris. Principaliter queris regnū dei t iustitiā eius t dei
voluntatē pficere: ad qđ faciendū tibi tpalia pstantur a deo: tibi adijci
unt t ea acqris vel tenes: colligisq adiecta in nimia abundantia vt am
modo nō sint expeditia ad būc finē: sed pri⁹ impeditia t retardantia.
Videris mihi silis puero colligēti flores in prato: q pcedens dū videt
is qs collegit pulchriores reijcit collectos t nouos colligit: vel cū pcol R
lectis bos retinēs ita manipluʒ magnificat q eos cōphēdere nō pōt Sic
tibi cōtingit intēporaliū cōgregatione: t vtinā silis puero esses q pcol
lecta reijceres nouis adeptis: sed ita nō fit: sed noua cū veteribus reti
nes t te oneras: tā nō silis puero: sed fatuo quē vidi t noui: q solebat
baculos quotcūq pulchros aut planos offenderat colligere: t magno
fasciculo oneratus circūferre. sic nimirū facit stultus noster pecuniari⁹.
Quid enim temporalia sunt qz baculi quibus necessario se sustentare
habet homo qz diu in carne viuit? Egenus eī cibo veste t domo. Ba
culus si nimis magnus fuerit: aut si plures qz necessarij sunt receperi
mus: non promotionis sed impedimento erunt. Sic t diuitie si exces
serint debitū modū. O stulte quid circumfers tot baculos? cur te one
ras? quanto satius esset distribuere baculos illos in paupes imbecilles
qui egent: t per fossata necessitatum t paupertatū transsilire nequeunt.
Beati qui paucissimis se onerant. Abiecit beatus Franciscus: beatus S
Dominicus: Apostoli baculos illos vt liberi currerēt viam mandato
rum dei ad celū. Ceterū siquando necessarios habuerunt baculos tem
poraliū cōmodauerūt a prima vinia. i. elemosynā petebāt p sustentatōe
sic t apli. Inde nō tuleritis virgā ait dns eis: id est baculū sustentatio
nis temporaliū qz vobis debent ab his quibus predicaueritis. Qz si

nō potes vel nō vis ita absolutus esse a baculo: caue ne nimiū te oneres recipe necessaria: caue ne fascem cū diuite portes ad incendiū infernale. Audi clamantē ad ignē ex his baculis incensum: Crutior in hac flāma. Caue etiā ne in purgatoriū deferas fasciculū ex ligno feno ⁊ stipula: ⁊ cū secūda nola pulses: qr ⁊ illa cōburent: vt ait apl's. q̄n poti⁹ iuxta monitionē prophetie: Solue fasciculos deprimentes: ⁊ vt dixi distribue. Habes iā nolas duas magnas: quib⁹ cognosci pñt hi fatui. Q̄ si eos mag⁹ nosse volueris: accipe ⁊ paruulas his appēdētes. Tertia igit̄ est obduratio. Quarta: inq̄etudo. Quinta: violētia. Sexta: fallacia. Septīa piuriū. Octaua: fraus. Nona: pditio. Dic si placet ex. ij. ij. Rogem⁹ ⁊c.

¶ Feria secunda post Inuocauit. Quinta Martij.
Stultorum infinitus est numerus. Eccēs.i. Euangeliū.

Quarta turba stultoꝝ: sunt nouitatū presumptores: Seltzem narren: Mutzen narren: Zier narren: Mol narren: Spiegel narren. Seltzem narren inquā: qui pre alijs aliq̄d noui siue rari habere volūt: et was seltzens. Ipsi sunt q̄ nouitates p̄sumūt in vestitu gestu ⁊ moribꝫ. Faciles vtiq; cognitu: q̄ pleni nolis ante ⁊ retro: quas quotidie variāt ⁊ multiplicāt ita vt eas certo numero comprehēdere nequeamus. Attamen aliquas producamus numero septem: ex quibus alie faciliter dinosci poterunt. T

¶ Prima igit̄ nola est: barbas deferre siue nutrire. Diuersis ⁊ aduersis intentionibꝫ barbas nutrire cōtingit. Quidā ex morbo: vt scabiosi q̄ nouaculā tolerare nequirēt. Quidā ex tristitia: quemadmodū passi dif fortunia. De quoꝝ numero fuisse legit̄ Julius Cesar: q̄uis alias esset curiosissimus criniū euulsor. Vide in cōmentarijs eiusdē de bello gallico: aut in Policrato Jo. Salesberien̄. Ecōtrario apd̄ veteres aduersa passi radebant̄: Alij ex cōuictu eoꝝ cū quibꝫ habitāt: sicut greci quorūmos est barbas nutrire. ⁊ apl̄i: ⁊ frēs cōuersi religiosoꝝ Carthusi. ⁊ Cistercien̄. sic ⁊ peregre ꝓficiscētes ad terrā sanctā. Alij ne offendant̄ ex aura inclementiore. Quidā q̄ fecerūt aut facere intendunt nequitiā: iuxta prouulgatū ꝓuerbiū. Quidā ꝓpter votū peregrinationis: ante qd̄ ꝑsolutū radi nolūt. Quidā quatinus trāfformen̄t ne noscant̄: ⁊ dāna caueāt: vt sacerdos ille de q̄ in Glo. c. si q̄s. de vi. ⁊ ho.. Tutius vt peterē layci sub imagine Romā: Fas fuit vt sinerē luxuriare comam. Alij impetu quodā ⁊ incōsideratione nesciētes cur id faciāt: qd̄ aliq̄n adolescētes facere solēt. Alij ꝓpter virilitatē: sicut de Diogene legimus. ꝙ interrogatus cur tā magnā nutriret barbā: rn̄dit vt eā citius vidēs ⁊ tangēs virū me meminerim. Verū de his oībꝫ enumeratis nō loquimur: vtiq; ab hac turba alienis. Sed alij sunt q̄s gloria vexat inanis: ⁊ vt barbas nutriant inducit sperātes inde gloriā cōsequi: digito mōstrari ⁊ dicier hic est: dū singulariter p̄ter ceteros barbatus existat. Nimirū grādes fatui: in q̄libet crine barbe siue menti dependentē habētes nolā: tot stultitie ⁊ vanitates in eo q̄t crines in mento. Cū em̄ nihil sapiētie habeāt vl̄ virtutis vnde gloriari possint: gloriā de singularitate barbe querūt. Timendū ꝓfecto est: ne his fatuis eueniat qd̄ hirco extrauagantibꝫ fabula sexta qui timore lupi ip̄m insequentis in rupē altū subijt: quē lupus obsedit a radice. Post triduū aūt cū lupus famē ⁊ hircus sitim sustineret: vterq; discessit. ille vt cibū caperet: hic vt sitim sedaret. Potās autē hircus vmbrā suā in aqua aspexit dicēs: q̄ꝫ acceptas tibias: q̄ꝫ pulchrā barbā: ⁊ q̄ꝫ magna habeo cornua: ⁊ lupus me fugat. ammodo ergo resistā ei ⁊ nullā dabo ei petentiā ex me. Que verba lupus silenter auscultās: dentes fortiter infixit in hircū dicēs: Quid hoc est qd̄ loq̄ris frater hirce? Hircus U

aūt se captū sentiēs ait: O dñe meus lupe peto misericordiā ⁊ agnosco culpā: qꝛ hircus postq̄ potat qđ nō debet parabolat. Lupus vero non pepercit: sed eū vorabat. Sic nostris fatuis barbatis cōtinget: vt cū de barbe singularitate glorienť: silenter ⁊ ab infernali lupo minime auisati deuorenť. Alludit etiā fabula tertia Renutij: quā applicare poteris ⁊c. Similes etiā sunt nr̄i fatui hirco: qui apud Cirillū lib. ij. ca. iij. de barba cū in aqua se cōtemplareť gloriabať: nō cōsiderās turpitudinē a posteriori: quā contracta: arta ⁊ breui cauda operire nō poterat. Sic plane illi turpes sunt. At qđ talib⁹ fatuis deficit imprudētia nituntť resacire ex barba. Inquies est curta: tñ etis erit sibi longa: was nit am han ist: ist aber am kam̄. Ipsi sunt cum nihil faciūt magnificū: p̄ alijs tū arrogāt ⁊ iactant: ⁊ videri volunt fecisse. cūq; magna ⁊ egregia facinora que ostentent nō habeant: hec vilia proferunt instar feminaꝝ de floribus ⁊ sertis gloriantiū. Sed quid? Contrariū plane eis euenit: vt vbi gloriā se sperant cōsecuturos: irrisionē inueniant: ignominiam ⁊ contemptū: locoq; laudū vituperia audire coganť. Dū em̄ queriť: ⁊ quis est ille inter ⁊ preter ceteros barbatus. respondeť ab his qui eū nouerūt: est stultus ille q̄ se ob hoc putat sapientē reputatū iri vel fortē: ⁊ quidē hi fatui etiā senes ⁊ noīe solo viri. Sunt ⁊ alij fatui barbati: qui instar scythaꝝ iā barbas dimidiant: vt sint semirasi: aut solā paruulā particulā criniū relinquūt: imitantes Sarmatas quos nuper vidimus. Hec iuniorum stultitia ⁊ nouitatum presumptio.

x ¶ Secūda nola est: econtrario faciē ⁊ colla polire nihilq; in se relinq̄re hirsuti. qđ (vt diximus) Julius Cesar facere solebat: studiosissimus criniū etiā de barba euulsor. Itē colla denudare: in mediū vsq; dorsum crebro radi: ablui ⁊ etiā depingi: cathenasq; aureas cicūpendere: odoramēta adiungere: aquis rosaꝝ se aspergere: vnguentis linire. Sic se polientes: lauantes ⁊ ornantes hac nola sunt insigniti. Qualis quedā femina fuit in hac vrbe argentinensi: etiā nostra tempestate: que faciē suā rugosam excoriari passa fuit: quo ruge auferrenť ⁊ venusta appareret. sed idē
1 cōuersum fuit in oppositā qualitatē turpior effecta. Deus meus q̄t hec fatuitas se ornandi ⁊ poliendi afficit: nō solū vane: sed ⁊ p̄niciose: quippe qđ graue scandalū occasionēq; ruinę prestet. Sūt em̄ hi denudati viri ⁊ femine sicut gladij stricti ⁊ euaginati: quib⁹ diabolus vtiť ad aniaꝝ occisionē. Sunt quib⁹ vtitur diabolus tanq̄ esca ad capiendas anias quēadmodū cū catis ⁊ alijs animalib⁹ excoriatis solēt vultures capi: sic illi colla ⁊ crura denudant. Signū est proculdubio vermiculosi animi (wurmessig) sic denudari corpe: nuces q̄ statim corticē dimittunt male
2 sunt. Quid de fucis facieꝝ dicā frēs? q̄ in cōtumeliā creatoris assumūť Indignať ⁊ fremit artifex si suo operi ab alio aliq̄d addať. Et qualē te putas facere deo cōtumeliā: cū talē potius vis habere faciē qualem tibi facit pictor q̄ qualē tibi deus fecit? Qua fiducia queso erigis ad celos vultus quos cōditor nō agnoscit? Ut quid cōtra naturalē tuā faciē su-

mis faciē pictoris? Time qđ tibi cōminat̄ Johel. ij. Om̄es vultus redi
gent̄ in ollam. Cathenas in collo circūferunt: vere a diabolo cathenate 3
cuius ansa in inferno ligata est. Auferent̄ he cathene alibi ab eis iuxta ꝓ
phetā: ⁊ loco ei⁹ serpētes circūgirabūt. Sed ⁊ hic aliqñ auferunt̄ ab eis
⁊ liberant̄: nō votiui sctō Leonardo: sed Ueneri ⁊ Baccho.

¶ Tertia nola est: Capillos ornare: crocei coloris eos efficere: crispa- Y
re: prolongare: alienos etiā mortuoꝝ crines ostentare. Uide iam femi-
nas instar masculoꝝ incedentes: que capillis per dorsum dimissis bir-
retis se tegunt. Proh pudor. Quid ostentas o homo capillos longos 1
receptaculū lendiū ⁊ pediculoꝝ? Est ne hic thesaurus tuus? deus tuus:
quem pre ceteris colis ⁊ diligis? Quid gloriaris in laqueo venantium
diabolorum: qui instar pueroꝝ faciunt laqueos de cauda equi ad capi
endum aues? Cepit auem Holofernem cincinnis Judith: ⁊ Absolon
in capillis adhesit quercui: ⁊ perijt. Audi o femina: nō terret te qđ etiā 2
alienos crines aliquādo mulieris mortue in capite tenes ꝑ noctem? Ni
mirū hoc in damnū anime tue facis: quod in penitentiā ⁊ pro dei amore
minime faceres. Que taliū queso manū mortue secū in lecto retineret ꝑ
penitentia? nulla. sed nō peribunt sine pena grandi: quā dñs eis cōmina
tur Jsaie. iiij. Decaluabit dñs verticem filiarū sion: ⁊ dñs crines earū
nudabit. Etiā in presenti aliquando id fieri solet: ⁊ vtinā crebro earum
crines nudarent̄: qualiter Parisius contigisse legit̄. Ubi accidit in qua
dā processione: ꝙ quedā simia cuidā dñe peplū cū alienis crinib⁹ abstu-
lit coram populo: ⁊ turpis ⁊ depilata sicut cornicula depositis plumis
alienis remansit: quod iusto dei iudicio accidit. Juxta illud Jsaie. Ue
qui predaris: nonne ⁊ tu predaberis? Depredata fuit illa mulier mulie
rem mortuā crinibus suis: ⁊ merito eam simia depredauit. Poeta. Nō
est lex equior vlla Quā necis artifices arte perire sua. Quid de colora 3
tis: tinctis ⁊ crispatis crinibus? Plane hoc quod de fucatis faciebus di
ctum est intelligatur. Sed ⁊ perditio temporis labor inutilis. Et ꝓphe
ta talibus cōminatur pro crispato crine caluitium. Jsaie. iij. Crispi cri
nes ⁊ crispi cantus signa leuitatis sunt. Unde in legenda sancti Seba
stiani. Putasne illum inter christicolas numerandum: qui tonsurā di-
ligit: comam enutrit: sapores querit: ⁊ vocem frangit? Fractio vocis si-
gnum est fracti animi. Sicut crispatio crinium in hominibus: corruga
tio vestium in mulieribus: sic reprehensibilis est fractio vocis in canto
ribus. Uide summam vitiorum tractatu de superbia folio. ccxxxiiij. ca
pitulo. xxiiij. Colorati crocei crines presagia sunt future flamme infer
nalis: ait Hieronymus.

¶ Quarta nola est: Caput ornare. Quis nouitates illas fatuas di- Z
numerabit: que in capitum ornatu ostendunt̄. Uide quēadmodū ne- 1
mo sit qui auriculas asini non habeat in capite in birro: quibus etiam
nole argentee sunt appense. Et quod lasciuissimū est etiam femine non
erubescunt talia capitegia deferre birros auriculatos: byret mitoren.

2 Cōspice ⁊ viros instar feminarū mitratos: ⁊ ecōtra feminas viroꝝ instar birretatas ⁊ pileatas (Die man tragen frawē huben) ex sericis filis reticulato more ꝯtextas. Quid ꝙ nūc hispidos siue villosos galeros: nūc leues: iam acutos: iā obtusos deferūt: ⁊ in mille transformant̄ figuras? nulla stabilitas in his vtiq; signū incōstātis ⁊ leuis animi. Vide feminarū pepla instar diadematū sanctorū erecta grandia: vt caput bouis pre se ferre videant̄. Ceterū infra mentū vix duorū digitorū tenēt latitudinē (Als ob inē das kyn̄ in eim hafenreff hieng) Sed ⁊ tincta croceo colore infernalis flamme presagio: pepla sua hebdomadis singulis abluunt: ⁊ iterū tingūt. quod q̄ grandis sit fatuitas nemo est qui nesciat Porro nō placet hec vestis: hic color dn̄o deo: neq; angelis eius Siquidē corpus Christi non croceo: sed linthеo candido inuolutū legitur. Unde ⁊ corporalia alba esse debent. Et angeli sancti in stolis albis apparuerunt: ⁊ Christi vestimēta alba vt nix in eius trāsfiguratione visa sunt. Non igitur placent deo ⁊ angelis crocei coloris vestes tales. Quid multa? male carnes croceis iuribus profundunt̄: ⁊ croceū piperatum (Ein geler peffer) super recentes carnes non conficit̄: sed hesterne mense reliquias. Vetule rugose croceis peplate: preseferunt similitudinem portionis carnis fumigate in prodio croceo (Sehent heruß als ein gereicht stuck fleisch vß einer gelen brüen).

A ¶ Quinta nola est: corpus ornare: totū corpus est illa vanitate plenū
1 int⁹ ⁊ extra sub cingulo ⁊ in cingulo ⁊ extra cingulū. Camisie rugate. (Gefeltelt) Toraces excise feminaꝝ ⁊ viroꝝ vt etiā fere dimidie mamille pateant. Tunice plicate ⁊ in mille formas transfigurate in vtroq; sexu: iam laxissime: iā artissime in manicis vt brachia cōprimāt olim (schuben: nunc Hussecken) vide in speculo Brandt. ita vt oim gentiū extranearū prauos ritus assumam⁹. Vis videre vestitu Ungaros: Bohemos: Saxones: Francigenas: Italos: Sicābros imo oēs gentes: vade Argentinā ⁊ videbis. Videbis ⁊ spurcas illas tunicas ita breues vt nō solū non nates: sed neq; vmbilicū tegere queant. Erat apud veteres dehonestatio maxima illa vestiū amputatio: patet in nuncijs Dauid quorū barbas rasit rex Anon ⁊ vestes vsq; ad nates p̄cidit. Essent per rectores reip. tales vestes scādalose occasionē malarū cōcupiscentiarū feminis p̄stantes dū pudenda nō teguntur auferende de medio.

2 Vide cingulū ip̄m qd̄ hec constringit plenū vanitatib⁹ ⁊ nolis in feminis precipue quod aliquando sericū: aliquādo aureū: vel auratū operosissimum deniq; vt impense in opus maiores sint cingulo (Der gold schmid nem den gürtel nitt für den macherlon) Mira stulticia vt de alijs taceamus. Saccus bono tritico plenus ligat̄ fune vnius obuli: ad saccū aūt immundicia plenū ligandū: querit̄ corrigia serica vel deargentata aut aurea. xl. vel. l. florenorū. Horrendū est in loco humiliationis superbiā reperiri: in medio tui humiliatio tua. Michee. vi. ⁊ vbi maior materia humiliationis q̄ in ventre pleno stercorum. Taceo de

pugionibus ꝛ gladijs qui olim ad cingulum dependere solebant: nunc autem alligantur ad ventrem vt capulus ꝛ acies gladij: quasi in equilibra constituantur similisq; sit potius sedili gallinarum q̄ gladio.

Quid tandē de mantellis: qui fimbrijs iudaicis in ora eorundē sunt notati per oia similes depictis iudeorū vestibus? ꝛ quid ad hec omnia dicemus? Nunqd inultum permittet dñs: Non plane: sed faciet qđ cōminat⁹ est p Sophō.i. Visitabo super oēs q̄ induti sunt veste pegrina. 3

¶ Sexta nola est: ornare crura ꝛ pedes. Vide caligas scacatas diuisas ꝛ scissas consutasq; ex minutissimis pictacijs vt merces pro earundem cōfectione exposita plus valeat q̄ calligę ipse. Hec oia noua sunt: ꝛ mores ex Italia ꝛ Francia aduecti. Vide deinde nouū genus ocrearum Cordubensium in nostris terris nunq̄ nisi in picturis visarū vna cū pantofilis in modum semicirculi obtusis: ꝛ quod olim in rostris calciorum excedebatur: iam in contrariū vicium lapsi in nimiam obtusitatem versum est. Olim nimia angustia ꝛ strictura calciorum: nūc nimia amplitudo. Quid preterea de perforatione sotularium cū integri perforatis sint multo meliores? Quid de oīi ornatu in pedibus quesito dicam: nisi q̄ mira est fatuitas hominis ꝛ cecitas? Nonne sotulares ad hoc sunt inuenti vt lutum calcetur inquinentur ꝛ pedes ab inquinamētis preseruent? vt quid ornas sotulares aut de mundicia eorūdem tam solicitus es qui dedicati sunt sordibus? Vide de hoc Joan. Chrisostomū super Mattheū. erhortatione. xlix. ꝛ est super Mattheū. ca. xiij. Mentior si non noui hominem de quo mihi dicebat: q̄ tempore pluuiali ꝛ lutoso preter calopedes quibus incedebat duos nouos tenebat sub pallio: quibus cum iam ad ecclesiam peruenisset: induebatur quatenus nitidus preter alios boies in eis appareret: ꝛ admirabilis. 4

¶ Septima nola est: extra hominem siue vltra pedes et caput et corpus se ornare. Et quomō possunt hec fieri? Fit primo per longas caudas quas in luto post se trahunt presertim femine: ꝛ etiam quidā ex sacerdotibus ꝛ prelatis. Vide in speculo Brandt. Fit deniq; hoc per altas soleas vel lignipedes et galeras altas quatinus maiores appareant. Sunt plane quidā qui longas cōcupiscunt habere vestes vt maiores videant: altos pileos in capitibus: calopedes altas in pedibus (vnden bülzen oben fültzen) vestesq; longas post se per terram trahentes volentes sic adijcere ad staturam cubitum vnū. Mira illorū fatuitas qui vel magnitudine vel altitudine corporis: dignitatēq; suam volunt honorare. Non attendis o frater: q̄ Saul rex malus fuit: ꝛ tamen altior vniuerso populo ab humero ꝛ sursum? i. Regum. x. Non attendis q̄ nec in tibijs viri beneplacitū est domino: ꝛ Quia dominus est spiritus ponderator ꝛ non corporū: vt fatui qui iudicant hominē ex ea parte: qua non est homo? Non attendis quid dixerit dñs Samueli cū eis p̄cepisset de vnctione Dauid in regē? Ne respicias inquit vultū eius: nec altitudinē stature eius: quoniā abieci eum: nec iuxta intuitū hominis 5

iudico: homo enim videt que parent: dominus autē intuet cor. i. Reg. xvi. Non attendis quia pciosiores species aromatice in minoribꝫ saccis solent reponi: vt cariopholi ⁊ similia? Sed lana in maximis saccis:
2 (wolfeck) Sunt sub hac nola dñe que post se longas trahunt caudas terram preciosis vestibus induentes: ⁊ de nuditate Christi in pauperibus non curantes: caudis suis pulices colligunt: puluerē mouent hominibꝫ: Christum vero quem in tot pauperibꝫ nudum respiciunt non operiunt. Timendū est eis: ne in caudis earū diabolus quiescat. Vnde legitur de quodam sancto: qui vidit diabolū quendam ridentem ⁊ que rens ab eo causam risus. Dixit: Vidi socium meum equitantem super cauda cuiusdam mulieris: que dum retraheret caudam: cecidit socius
3 meus in lutum: ⁊ inde risi. Sunt ⁊ sub hac nola: quod turpissimum et lamentabile est: clerici quidā notati presertim Francigene: ⁊ prelati quidam: quorū caudas vt famuli post eos deferant instar Symonis Cirenei crucem post Christū portantis necesse est. Vide in Brandt. Timeant qui tales sunt: q̄ boc ait dñs: Attendite a scribis q̄ volunt ambularein stolis. Luce. xx. Stola vestis est longa. Sunt tandē q̄ mul-
4 D ta paria vestium habent per totam hebdomadā ante ⁊ post prandiū induendarū: vt ad choreas: ad hastiludia: ad ecclesias varias vestes induant: potiusq̄ volunt vestimenta sua a tineis corrodi q̄ Christū in pauperibus indui. In quos clamat sanctus Jacobus. capitulo. v. Agite nunc diuites: plorate vlulantes in miserijs que euenient vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt: ⁊ vestimenta vestra a tinea cōmcmesta sunt. ⁊ Bernardus: Clamant nudi: clamant famelici ⁊ conqueruntur nobis fame ⁊ frigore miserabiliter laborantibꝫ: quid conferunt tot mutatoria vel extensa in pertica vel plicata in manticis? Ecce fratres mei nolas septem: quibus possunt bi stulti vanitatum (Mutz narren) dinosci: q̄ presertim nouitates afferunt in ornatu: sed nunquid impune? non plane. Etiam si hic dissimulauerit dominus (Das er hie durch die finger sicht) in nouissimis tamen crudeliter puniet. Audi quid de omnibꝫ his dicat. Isa. iij. In illa die auferet dominus ornatum calciamentorū: et lunulas: ⁊ torques: ⁊ monilia: ⁊ armillas: ⁊ mitras: discriminalia: et perichelidas: ⁊ murenulas: ⁊ olfactoriola (Byſem apfel) ⁊ inaures: et anulos ⁊ gēmas in fronte pendētes: ⁊ mutatoria: ⁊ palliola: ⁊ linthea mitra: ⁊ acus: ⁊ specula: et sindones: ⁊ vittas ⁊ theristra: ⁊ cetera. Armillas Glo. vocat ornamenta brachiorum: perichelidas vocat ornamenta talorum similia armillis. Murenule sunt catbenule circa collum. olfactoriola vocat illa in quibus cōtinebant mustum ⁊ similia. theristra vocat vestes estiuales valde subtiles: visui perutas: que dicunt a theron qđ est estas. Tunc enim mulieres que se alienis plumis: quasi cornix pulchras faciebant: amittent plumas ⁊ turpissime apparebunt: ⁊ non solū deficiet gloria ornatus tunc: sed etiam immutatur in ignominiā: ⁊ que plus habuit de gloria: plus habebit de ignomina. Ysce. iij. Gloriā

eorum ignominiam cõputabo. ℣ Isa. iij. Erit pro suaui odore fetor: et pro zona funiculus: pro crispanti crine caluitium: pro fascia pectorali cilicium. Plane tunc corpora que hic fuerunt superbe ornata: a domino tunc non ornabuntur. Unde Bernardus. Nunc eant: nunc rideant: qui corpora sua pellibus murium: ℣ stercoribus vermium informant: quia cum dominus ad iudicandum venerit non reformabit nisi q̃ abiectionis ℣ humilitatis inuenerit. Unde ad Philip. iij. Saluatorem expectam⁹. vbi dicit Bernardus. Requiesce in hac spe misera caro: qui propter animam venit: propter te quoq; venturus est: qui reformauit illam: tui quoq; non obliuiscetur. Saluatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostre. Est hic notabilis ℣ pulchra questio. Que sit mater fatuorum huius turbe: que ℣ moueri possit circa quam libet turbam: presertim principalem: siue capitalem. Respondeo breuiter: q̃ vana gloria ē mater eorum: ℣ eos peperit: ℣ quotidie parit oēs illos fatuos: sed ℣ plures alios alterius generis: de quibus posterius dicetur: ℣ quomõ parit nostros principales fatuos: hoc modo vt dicit b. Tho. ij. ij. q. clxxij. ar. v. qui vices gerit obstetricis. Superbus ℣ vane gloriosus nititur ostendere suam excellentiã: ℣ hoc attentat omnibus modis quibus cumq; potest: verbo et facto: vero vel ficto: directe vel indirecte. Primo attentat hoc per verba: ℣ sic gignit iactantiam. Secundo per facta vera habentia aliquam admirationem: ℣ sic gignit presumptionẽ nouitatum: quas homines solent magis admirari: ecce nostram turbã. Tertio per facta falsa: ℣ sic gignit hipocrisim: ℣ sic quidem directe ostentat suam excellentiam sine pudore inuerecunda fronte in facie hominũ: sed non est illo contentus quin etiam indirecte nitatur eam manifestare ℣ verecundius scilicet ostendendo se non esse alio minorem neq; intellectu neq; voluntate: neq; locutione neq; facto. Quarto igitur attentat suã excellentiam manifestare ostendendo se nõ esse alio minorem intellectu: ℣ sic gignit pertinaciam per quam homo nimis innititur sue sententie: nolens cedere sententie melioris. Quinto ostendendo se non esse alio minorem voluntate: ℣ sic est discordia dum non vult a propria voluntate discedere vt alijs concordet. Sexto ostendendo se non esse alio minorem locutione: ℣ sic parit contentionem: dum aliquis clamose contra alium litigat. Septimo ostendendo se nõ esse alio minorẽ facto: ℣ sic parit inobdientiã: dum scz aliquis nõ vult exequi superioris ꝓceptum. Rogemus.

Feria Tertia post Inuocauit. vi. Martij.

Stultorum infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliũ.

F Quinta turma stultoꝝ est fatuoꝝ senũ: alt narren. Necesse est illos notificare nolis certis: quibꝫ a sequẽtibꝫ senibꝫ discerni possint. quippe ꝙ senectus ipa alias sit signum sapientie: vnde eis debet̃ honor: quia presumunt̃ esse sapientes ⁊ honesti. Unde dicit̃ Leuitici: Corã cano capite consurge. De quibus Thomas secũda secunde. q. lxiij. arti. iij. ⁊ Holkot in lectione quadam. Reperio aũt nolas septẽ quibus discerni possunt a sapientibus.

¶ Prima nola est: Dolere de impotentia male faciendi. Sunt senes quidã ita male habituati in voluptatibꝫ: ꝙ dolẽt (vt videt̃) ꝙ nõ sunt vt solebãt ad voluptatẽ potentes. Qui cũ cõsiderãt p̃teritas voluptates:

ꝛ ꝙ eis ammodo vti nõ pñt tristant̃ ꝛ suspirãt. De q̃ꝝ numero erat fortissimus ille Milo: q̃ cũ videret luctãtes ꝛ dimicãtes fleuit ꝛ brachia aspiciẽs ait: O robur brachioꝝ meoꝝ q̃ euanuisti? Uide Tulliũ: erat ei robustissim⁹: ita vt vno ictu bouẽ interficeret. Sic ꝛ Helena cũ ĩ speculo intuita fuisset rugas faciei: q̃ tñ fuerat pulcherrima: O inq̃t ꝛ fleuit: vbi mea pulchritudo: ꝓpter quã bis rapta sum: quõ te in senecta amisi?

¶ Secũda nola est: facere mala iuxta ĩmo supra facultatẽ: attentãdo qđ natura negat. Sunt q̃ q̃ꝫuis nõ possint facere sicut in iuuẽta: faciũt tñ q̃ntũ pñt: ĩmo aliqñ plusq̃ꝫ pñt. assimilãt se iuuenib⁹ ĩ vestitu: calceis crinib⁹: trãsitu: ꝟbis lasciuis: morib⁹: ludis: potationib⁹. Delectant̃ audire etiã ꝛ cõfabulari de tꝑib⁹: delectant̃ imaginari de vilib⁹. ꝛ sicut nõ vescẽtes carnib⁹ delectant̃ in brodio: sic illi cũ priuant̃ oꝑatione fruunt̃ imaginatione: ꝛ plane volũtas eis in cõspectu dei reputat̃ pro facto.

¶ Tertia nola est: iactare se de malis a se factis. Inter loquendũ immiscẽt sue forefacta in iuuẽtute in luxurijs: hastiludijs: torneamẽtis: ludis: vindictis. ꝛ ita ꝙ ad om̃e ꝓpositũ nouerũt illã fatuitatẽ iactantie applicare. Si viderint pennã scriptoris aut acũ suentis: O he inquiũt: q̃ꝫ facile est circũferre illã lanceã q̃ꝫ eã quã ego in tali vel tali bello vibraui. Si videt suꝑpellitiũ: mox de armis militie facit mẽtionẽ: ea dicẽs multo esse grauiora. Porro nedũ directe se iactat: sed indirecte alios laudãdo de malis olim factis: O (dicit) etiã tu fuisti in tali exercitu vbi pericula versabant̃. subocculte insinuãs ꝑ cõiunctionẽ etiã: etiã se illic cũ illo fuisse. Sed ꝛ mentiunt̃ ꝛ maiora iactant de se mala q̃ꝫ fecerint: sicut Augusti. se fecisse cõquerit̃ in li. cõfessionũ. Nolã hãc improperat eis Psal. dicens: Quid gloriaris in malitia q̃ potẽs ꝛc. q̃ꝫ multa. Letant̃ cũ male fecerint: ꝛ extollunt̃ in reb⁹ pessimis. ꝛ tñ si fundamẽtaliter inspicit̃: inuenitur qꝛ ꝛ hoc est ex inani gloria: qꝛ vult ex hoc videri singularis.

¶ Quarta nola est: gaudere de fiendis malis: ꝛ alios ad hoc inducere O quanta stultitia est hec: vt dũ tu malefacere nõ potes: gaudes qꝛ filiolũ habes qui tibi similis putat̃ futurus: sed ꝛ quẽ doces facere mala q̃ tu fecisti? Eia (inquiunt) imitat̃ mores meos (Er kopt in die art) erit socius. Et reprehendit eos si nolunt esse insolentiores frontosi vel effrontes. Sic sic (qđ turpe est valde) etiã mulieres puellas suas docẽt imitari vanitates: ꝛ eas corripiunt si nõ omnino eas quadrauerint.

¶ Quinta nola est: suã senectutẽ obliuisci. Sunt q̃ nolũt esse senes cũ sint: securis ammodo nõ reminiscunt̃ quã suꝑ humeris gestant. i. quinquaginta annoꝝ: q̃ ꝑ formã securis q̃ est. L. scribi solent. ꝛ cultrũ excoriatoriũ deferũt in posterioribꝫ: cũ iam sunt septuagenarij: ꝛ cultrũ (das schindtmesser) circũferẽtes inter nates: negãt se etiã quinq̃genarios esse Intuere o frater manus: ꝛ interroga pedes ꝛ oculos: ꝛ ipsi dicent tibi. Trahis pedes ꝑ terrã: nec leuare potes: ꝛ plena rugaꝝ est facies.

¶ Sexta nola est: velle ꝓpter senectã solã honorari. Imaginant̃ quidã ꝙ sola etas quomodocũq̃ꝫ vixerint faciat eos venerabiles ꝛ dignos ho

bitant in vnū: sub tali ordine et pollicia: siquidem etiā ipsa mens ad intra ex hoc componitur ⁊ ordinatur. Sane sicut de inconstantia mentis nascitur inordinata motio corporis: Ita quoq; dum corpus per disciplinam stringitur: animus ad constantiā solidatur: ⁊ paulatim intrinsecus mens ad quietem cōponitur cum per disciplinę custodiam: mali motus eius foras fluere non sinuntur: sedet nimirū animus: qui eiusmodi est compositi hominis: sicut in castro pulcherimo muris munito: custodiunt hunc animū gestus sui corporis: vt nō audiat quisq; impudicus turpia attentare. Necus de impudicis moribus: quales p̄ se ferunt quedam virgines ⁊ vidue exilientes de edibus in stratam se ostentātes: sed fugit ad salices ⁊ se cupit ante videri. O quot pereunt ⁊ scandalisantur eiusce peruersis et scandalosis gestibus: quibus exprimunt etiam aliquādo corporis lineamenta: quo fit vt cōmoueantur animi ad turpia ad que nunq; alias peruenissent. Nemo autem est qui curat hec nemo cauet. omnia licent que libent. Surgent gentiles cū generatione istius tempestatis pessima: ⁊ cōdemnabunt adolescentes indisciplinatos ⁊ scandala p̄bentes: ecce gentilis adolescens: de quo in speculo nostro fit mentio. Spurina venustissimus fuit: vt omnes femine oculos ⁊ animos in eum propter suā singularem pulchritudinem figerent: quo fiebat: vt omnes mariti eū oderent: ⁊ de eo mala suspicarent: attendens hoc nobilissimus adolescens noluit sua pulchritudine alijs p̄stare scandalum: ⁊ faciem suam laniauit: ⁊ ades discerpsit: vt āmodo nō pulcher sed deformis esset. Sed quid gentiles profero: quasi desint nobis exempla domestica? Brigitta sancta petijt deformari a deo ⁊ crepuit oculus eius. Quedam nasos sibi amputauere ne appeterentur: alia oculos quos pulchros habebat simul eruit: ⁊ eandem appetenti lasciue transmisit dicens: accipe ecce habes propter quod me adamasti. Cum igitur tam insolite mores suos: bi ⁊ etiam gentiles cōposuerint per disciplinā tanta q; mala indisciplinationē sequātur: ignominiosiq; fiant ⁊ despecti. Econtrario aūt morati glorioſi efficiant deo: ⁊ hoīb⁹ dilecti: merito debemus ad hoc niti: vt nolas hui⁹ fatuitatis abiiciamus alioſq; induam⁹ mores. quatenus hic gratiā ⁊ alibi cōsequamur gloriā ⁊c.

¶ Feria secunda post Reminiscere. xij. Martij.
Festo sancti Gregorij pape. M.cccc.xcviij.

¶ Stultorū infinitus est numerus. Eccls. i. Euāgeliū

Falsorũ amicorum

1 Decima turba est falsoꝝ amicoꝝ. Noscunt hi septẽ nolis. Pri-
ma nola est ꝓpriũ cõmodũ q̃rere: suã vtilitatẽ: nõ alteri⁹ amici
2 Sunt q̃ se simulãt amicos ⁊ adherẽt diuitib⁹: potentib⁹: nobili
bus. qꝛ inde putant se aliq̃d cõmodi cõsecuturos: puta nobilitatẽ cõtra
3 here ex taliũ familiaritate diuitias aut delitias. Sunt vtiq̃ insigniti
nola hac: qꝛ falsi sunt amici tui: talẽ habent ad te amicitiã qualẽ vulpes
ad gallinã: lupus ad ouem: mus ad horreũ: musca ad mel: accipiter ad
predã: canis ad ossa: vrsus ad apes ⁊ formicas. Nõ est hec amicitia: sed
negociatio (ait Seneca) que ad cõmodũ attendit.

Q ¶ Secũda nola est: nõ cõicare. Debet s̃m Tulliũ inter amicos postea

q̄ eoꝝ ēmēdati fuerint mores oim reꝝ: cōsilioꝝ: voluntatū sine vlla exce
ptione esse cōitas. Voluntatū inquā: qꝛ idē velle idē nolle: ea demū ve 1
ra est amicitia: ait Tullius. Cōsilioꝝ deniq; debet esse cōitas: nihil em̄ 2
ſm Ambro. occultat amicus si ver⁹ est: effundit animū suū in amicū: si
cut ⁊ fieri iubet. Prouer. xxij. Causam tuā tracta cū amico tuo. Nota tñ
Ambro. de fratre suo sibi ꝑ oia sil̄i ꝙ nō cōicabat ei secreta alioꝝ sibi de
tecta. Sit ⁊ rerū cōicatio: vñ phs cū diceret ei de quodā: ille amicus est 3
illi⁹: cur inq̄t illo diuite pauꝑ est? Amic⁹ nō est q̄ fortune ꝑticeps nō est.

¶ Tertia nola est correptionē negligere aut indiscrete infligere Cor 1
ripit verus amicus amicū suū. Ecci. xix. Corripe amicū: sepe em̄ fit cō
missio: sed hoc facit secrete: nō sic fictus. Sed cauendū est ne correptio 2
sit cōtumeliosa. Ecci. xix. Est correptio mendax in ira cōtumeliosi. Ve
re mendax est: mentitur em̄ se correptionē facere: cū potius sit cōuitiatio
Dicit esse stroff: ⁊ est roch vel schmoch. Nouit hoc Tulli⁹: qui ait: Mo 3
nere ⁊ moneri est officium vere amicitie: ita tamen ꝙ adulatione careat
admonitio ⁊ contumelia obiurgatio.

¶ Quarta nola est in aduersis deserere. Sūt q̄dā amici q̄ diu ꝓspere
succedit: atubi hec cessabūt cessat ⁊ amicitia. Isidor⁹. Per aduersa frau 1
dulētus patet amic⁹. Tales falsi amici faciūt suis amicis qd̄ fecisse q̄n 2
dā fraudulētū legim⁹ ꝑ sil̄itudinē: cuidā volēti trāsire ꝑ nemus: in q̄ erat T
ꝑiculū deuij ⁊ etiā feraꝝ. Hic cōduxit q̄ndā q̄ ꝓmisit ei securitatē ⁊ vie ⁊
feraꝝ: asserēs se oia scire ⁊ posse in ꝑte illa. Istis sil̄ trāseuntib⁹ occurrit
vrsus famelic⁹: quē vt vidit cōductor ⁊ seductor in altā arborē effugit:
ali⁹ ꝟo in terrā se posuit fingēs se mortuū: anhelitū suū retrahēdo (qꝛ dr
ꝙ vrsus mortuū hoiem nō dilacerat) vrsus ꝟo posuit os suū ad os alte
rius ⁊ ad nasum ⁊ aures: q̄si tētādo si viueret: alio in arbore totū rei euē
tū ꝯsiderāte: vrso ꝟo recedēte ille descēdit: ⁊ sociū suū deridēdo q̄siuit. q̄
fuit illa amicitia quā vrsus tecū fecit te osculādo ⁊ secreta tibi in aurē di
cēdo? Qui rñdit Docuit me ꝙ nunq̄ copularē magnā amicitiā nec soci
etatē cū hoie oino ignoto: nec de eo ꝯfiderē anteq̄ ei⁹ ꝯditiōis essez exp
tus. ꝙ etiā q̄libet se custodiat ab illo in q̄ se credit plus posse ꝯfidere: qꝛ
nullus citius decipere pōt. rep̄hendit etiā me: ꝙ ita credulus ⁊ prōptus
fui ad sequendū sociū falsum. Sic sic faciūt plane oēs falsi amici i ad 3
uersitate deserētes amicū: ꝯtra id qd̄ sapiēs dicit de vero amico: Oi tpe
inq̄t diligit q̄ amic⁹ est. Prouer. xvij. Nota oi tpe tā ꝓsperitatis q̄ aduer
sitatis tā pauꝑtatis q̄ inopie. Soli pauꝑes g̃ sūt q̄ optime noscūt fatu
os hos ⁊ nolas: qꝛ soli sciūt q̄s eoꝝ sit amicus. Vñ ꝟsus. Vos inopes
nostis q̄s amicus quisve sit hostis. Diuites ⁊ potētes ⁊ pulchri nesciūt
si in eis persona diligat̄ an diuitie: potentia: pulchritudo vel delitie.

¶ Quinta nola est placentia magis q̄ vtilia dicere. Sūt q̄ semꝑ q̄ pla
cita sunt amico suo dicere volūt: qꝛ querūt ab eo diligi: ideo p̄mittunt
placebo. Qui intonat antiphonā Placebo: audit psalmū sequētē Dile
xi. Sed q̄d simulator ore decipit amicū suū? Prouer. xi. Et vir iniqu⁹

S iactat amicũ suũ. Prouer. xvi. Plane inescat eũ: ponens verba placẽtia quasi laridũ in muscipulã ⁊ nucleũ in decipulam paricũ: ⁊ lac dulce infanti ꝓponat: sub quo venenũ deceptionis ministrat amico. Et quid ergo dicam amico? hoc qđ iubet Seneca libro de beneficijs. Dic inquit illis: nõ quod volunt audire sed quod velint semper audisse.

¶ Sexta nola est arcana detegere: sint pctã aut alia secreta. Qui denudat arcana amici fidẽ perdit. Ecci. xxvij. ⁊ Prouer. xvij. Qui celat delictũ q̃rit amicitias. Est hoc vnũ de numero illoꝝ q̃ amicitiã maxime dissoluũt. Sũt eñ q̃nq; scz Cõuitiũ: cũ obijcit amico defect⁹ verecũdus nõ pctm̃: vt tu es leprosus. Improperiũ cũ crimẽ obijcit vt tu es latro. Superbia. i. supba dñatio. Plaga dolosa ⁊ mysterij reuelatio. Ecci. xxij. vide ĩ sũma ꝟtutũ. Prouer. xxv. Que viderũt oculi tui ne ꝓferas ĩ iurgio cito: ne postea emendare nõ possis cũ dehonestaueris amicũ tuum.

1 ¶ Septima nola est: turpia rogare aut ad p̃ces turpia facere. Est hec lex in amicitia (ait Tullius) vt nil turpe rogemus: neq; rogati faciam⁹. Nemo igit̃ debet ad preces amici iniuriã facere ꝓximo. Ecci. vi. Noli inquit fieri ꝑ amico inimicus proximo (ein vmb gesellen willen hassen)

2 Obseruauit hoc quidã iudex: ⁊ prudẽter rñdit cuidã amico suo (fm valeriũ Maximũ) petenti cũ instantia iudiciũ illicitũ dari in quodã facto. Respondit illi: nullo mõ hoc faciã. Et alter ait: ⁊ qđ igit̃ auentagiũ habeo de amicitia tua: si nihil ꝑ me feceris? Cui iudex: Quod auentagiũ habeo de amicitia tua: si ꝓpter eam peccãdo amisero amicitiã dei? Me

T lius est ergo amicitie vinculũ frãgere: q̃ cũ malis amicis eternaliter pu

3 niri. Hoc fuit consiliũ abbatis Theodori in vita spatrũ. Si habes inquit amicitiã cũ aliquo: ⁊ cõtigerit eũ in tentationẽ fornicationis incurrere: si potes da illi manũ ⁊ trahe illũ sursum: si vero tibi nõ acquiescit: incide amicitias eius: ne forte demorans traharis ab eo in profundũ. Sicut eñ qui ligat̃ lapidi vel ligno: illo cadente cadit: sic q̃ copulat̃ ami

4 co malo. Chryso. sup Matth. Bonus si malo cõnectit̃ aut pares reddant̃: aut cito abinuicẽ separent̃. Amicitie aut pares querũt aut faciũt. Plane mali freq̃ntius p̃ualẽt ꝓpositũq; suũ freq̃nti⁹ inueniũt: fugiẽdi g̃ sunt ⁊ societas cũ eis nõ ineunda: sed sup tales q̃si sup ꝓditorẽ dei bubo

5 nẽ scz infernalẽ: deberẽt oẽs volucres celi clamare. O ꝑniciosa maloꝝ amicitia: q̃ tandẽ in amarissimã ⁊ ꝑpetuã rixã vertet̃. Cõtinget nimirũ eis qđ duob⁹ illis de quib⁹ in figura legit̃: ꝙ cũ ad q̃ddã biuiũ ꝑuenirẽt sapiẽs ⁊ stultus socij: dixit sapiẽs: eamus ꝑ viã istã. sed stultus renuit: q̃ dura erat ⁊ spinosa. cui sapiẽs: tñ breuior ⁊ securior. nec sic ait stult⁹: sed eamus ꝑ viã istã pratis ⁊ flori⁹ amenã ⁊ planã: licet eñ longior sit: tñ delectabilior est. Sapiẽs societate ⁊ delectatiõe vie victus stultũ secutus est: tandẽ inciderũt in latrones: q̃ eos vulnerauerũt spoliauerunt et incarcerauerũt. In carcere g̃ positi sapiẽs stultũ rep̃hendit amare de seductione: cui stultus: Tu inquit stultior es ⁊ plus reprehendendus ⁊ vituperandus: q̃ me sequi voluisti: ego feci fm naturã meã q̃ ratiõe caret.

ꝛtu cōtra rationē deliq̄sti. Et q̄rsuꝫ hec frēs: tāgit nimirū nos hec parabola. Sapiens est aīa rationalis q̄ deberet ire ꝑ viā mandatoꝝ dei arduam ꝛ angustā spinosam: sed cōpendiosam ꝛ tutā. que si seducta fuerit ad sequendū carnē ꝑ viā delitiaꝝ: vel mūdū ꝑ viam diuitiaꝝ: vel diabolum ꝑ viam malitiaꝝ. Cum in inferno cōtendere inceperit aduersus istos: isti (vt predictū est) respondere poterunt ꝙ fecerint officiū suum. Et sic semꝑ rixa ꝛ odiū inter istos amicos erit: ꝛ quos nunc sequit: tunc eū accusabunt ꝛ tortoribus tradent. Fugiamus ergo societatē stultoꝝ: nolas has excutiamus: ne cū stultis damnemur ꝛ impijs. Amen.

¶ Feria tertia post Reminiscere. xiij. Martij.
Stultorum infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū.

Undecima turba stultoꝝ ē: scripturis sacris nō credentiū. Sūt qdā: q̄ habēt inuolūtariā repugnātiā inter se ꝯtra ea q̄ sunt fidei vellēt eīm credere: illi nō sunt de nūero horū. imo vt ait Gerson: velle credere aliqñ est magis meritoriū q̄ꝫ credere. Sunt alij qui nō oīa credenda nouerūt explicite: sed sola cōmunia in Simbolo: q̄ et ecclia ꝑ festa ꝓponit alia aūt implicite: ⁊ neqꝫ illi sūt in hoc aceruo. Sed tertij sunt qui dubij sunt: ⁊ volunt esse quasi neutrales: parū tenent de sacra scriptura: sunt Christiani ꝓpter bonā societatē solū. hi sūt fatui illi: huiꝰ generis quos noscere poteris ex nolis sequentibus.

¶ Prima nola est: parū in corde tenere de scriptura ⁊ fide dubitant: nutāt: credūt vt dixi cū alijs ex bona societate. Dubius in fide infidelis est. Sed quō ex hac nola certū cognoscā cum sit occulta? non pro te hec nola est posita sed ꝓpter eū: quia ipse se ex hac cognoscet esse stultum.

¶ Secūda nola est: irreuerenter ⁊ iocose loqui de scriptura sacra. Qꝛ est sicut nasus cereus: vertibilis ad oīa. Verū dicis qꝛ tam fecunda est: vt in ea quatuor reluceant sensus: qd̄ in alijs nō est: ⁊ tamen peccas: et nolā quatis: qꝛ irreuerēter hec dicis: essent inquirendi sic loquētes: neqꝫ excusat iocus. quia non patitur ludum fides oculus ⁊ fama.

¶ Tertia nola est: p̄dicatiōes sacre scripture ꝯtēnere ⁊ irridere. O dicūt: qd̄ p̄dicatores dicūt ⁊ nō faciūt: ⁊ verū ē Euāgeliū hodiernū: vtiqꝫ frater verū ē ⁊ bñ allegas: sed obliuisci nō debueras: qd̄ p̄mittit̄ a dño: q̄cunqꝫ dixerint seruate ⁊ facite: h̄ fac ⁊ viues: ⁊ nō nocebit tibi nō facere p̄dicatoris. Sed ⁊ multi sūt q̄ faciūt: cur nō illos: sꝫ hos q̄s reꝓbas imitari vis ⁊ allegas. sed plane etiā si hi q̄s reꝓbas bñ facerēt neqꝫ eos imitarer: sꝫ dūtaxat tanq̄ꝫ perizoma tuis pudēdis vitioꝝ p̄tēdis. Deridebat Noe fabricantē Arcam centū annis: ⁊ p̄dicantē ⁊ p̄dicentē diluuiū ꝓpl's piturus. qd̄ igit̄ mirū: si nos predicatores: q̄ arcā bonoꝝ operū in quibꝫ saluari oportet: nō fabricamꝰ ⁊ tñ irā dei p̄dicamus deridemur?

¶ Quarta nola est: velle credere resurgenti a mortuis. O dicūt sicut diues in inferno: si q̄s resurgeret a mortuis huic credere vellemus: q̄ reremus ab eo si etiā nouū vinū esset in alio seculo venale: ⁊ an eēnt multi illic socij i inferno: aliosqꝫ nouos rumores. O insania tot scripture sūt viuoꝝ a Moyse ꝓphis: apl'is ⁊ euangelistis ⁊ alijs christianis doctoribus expositoribꝫqꝫ. ⁊ malles credere mortuo q̄ꝫ omnibꝫ his viuis.

x ¶ Quinta nola: dsuinos astrologos ⁊ alios similes preferre veritati Theologice. Sunt qui ꝯsiderant horoscopos: ⁊ secundū eorundē exigentiā: nubunt: vestiunt: opa incipiunt: genethliacos ꝯsulunt: quibꝫ credunt se perituros hoc tempore sic aut aliter ledi: dum herbaceis aut croceis coloribus fuerint induti: cū alijs sexcentis talibꝫ fatuitatibus.

¶ Sexta nola: necessaria scitu negligere ⁊ curiosa sectari. Nihil sapit

eis q̄cq̄d est necessariū simplex de intelligētia articuloꝝ fidei cōgnitiōe
p̄ceptoꝝ dei cerimoniaꝝ eccl̄iasticaꝝ significatōe. Hec oīa sūt eis delira
mēta cū tn̄ sint fidei ⁊ virtutū fūdamēta in via ad regna celorū. Nō attē
dētes qđ dicit dn̄s ꝑ sapientē: Ea q̄ p̄cepit tibi deꝰ cogita sp: ⁊ in pluri/
bus eiꝰ opibꝫ noli eē curiosus. Hn̄t nolā hāc deuotarie: nihil audire volē
ces nisi aliq̄d noui: aliq̄d subtilis. cheu etiā q̄ vident̄ sapientes ⁊ docti:
hāc q̄tiūt nolā: sectāt̄ eī curiosa. Taceo phos: astronomos: artistas: poe
tas: oratores: quoꝝ mlti sine debito fine ītēto curiosi sūt subiectoꝝ suo/
rū scrutatores: q̄n etiā theologi de nūero horū fiūt q̄ argumētꝫ subtilita/
tibꝫ: glosis sup glosis ita subtiliāt: ꝙ euagātes a p̄ncipali materia: sacre
scripture snis ⁊ lr̄a tandē q̄ digressi fuerit prorsus ignorēt. q̄ fit: vt sil̄es
sint pueris reliq̄ntibꝫ stratā regiā currētibusq̄ ꝑ prata pꝰ flores colligē
dos: aut captādos papiliōes: sicq̄ passim ꝑ eosdē trahunt̄: seducūt̄q̄: q̄
usq̄ nesciāt ad regiā redire stratā. Perniciosa ē h̄ fatuitas (ait Gerson)
ī floribꝫ. Oīs doctrina ⁊ oē studiū debēt de vana aut noxia curiositate
culpari: q̄ nō ordinant̄ actu vl̄ habitu mediate vl̄ īmediate ad bn̄: mora
liter: gratuiteq̄ viuendū. Nota ꝟba ⁊ pōdera: debet igit̄ oē studiū in phi
losophia: in astronomia: iure: oratoria: cosmographia ad hūc finē ordi/
nari: alias peccat̄ in studio tali sic ⁊ theologica disputatio: o q̄t pereūt:
ꝓpt̄ negligētiā vl̄ nesciētiā huiꝰ finis ⁊ ordinatiōis in finē? Percussit deꝰ
Egyptū cū his argumētoꝝ ⁊ minutiarū muscis: plaga magna nimis:
misereat̄ nr̄i deꝰ. Habetis ecce iā nolas: q̄bꝫ possūt dinosci: q̄ ꝑtinent ad
hāc fatuoꝝ turbā: plane fatuā multū supq̄. Qualis q̄so fatuitas est: ad
huc in fide titubare postq̄ totus mūdus credidit? quō cor christiani ad
huc nutat: cū suffultū sit tot appodiacul̄? Et q̄bꝫ? q̄ sūt hec: inq̄s appodia
cula: stutzen? Hec sūt miraculoꝝ claritas: testiū pl̄itas p̄nūciatio ꝓpheti
ca: scripturarū ꝯcordia: auctoritas scribētiū: diligētia recipiētiū: rōna/
bilitas ꝯtentoꝝ: irrationabilitas erroꝝ: eccl̄ie stabilitas: errātiū cōuer/
tibilitas: hec sūt fulcimēta fidelis cordis: ⁊ e q̄ nemore hec ꝓduxistis? ex
Scoto in plogo: ex btō Tho. ꝯ gētiles: ex btō Augu. audi. Primū ful/
cimē (der erst stutz) Miraculoꝝ claritas: radiāt ꝑ oīa mūdi climata mi
racula ꝑ Christū: apl̄os: aliosq̄ discipulos ⁊ Christianos ꝑ fidei cōfir/
matiōe facta. Ecce noticia linguarū dat̄ apl̄is: idiote subito illuminā̄t̄:
roborant̄: vt neminē timeāt: totꝰ mūdus ꝑ illos paucos subiugat̄: ilumi
nant̄ ceci: claudi sanāt̄ ⁊ mūdant̄ leprosi. hoꝝ īnumerabiliū miraculoꝝ
gloria plena sūt oīa. Sed ais forsan facta nō sūt: vis igit̄ qr sine mira/
culis credidit: ⁊ h̄ plane oībꝫ miraculis eēt mirabiliꝰ ꝙ sine miraculis
totꝰ mūdus credidisset: ⁊ talē acceptasset fidē: q̄ iubet relinq̄re carnalia
rc̄. Nō mirū ꝙ Machometiste crediderūt suo pseudo: q̄ carnalia ꝑmi/
sit. Scđm fulcimē est: testiū pl̄itas. Ecce testimoniū ꝑ hibuerūt huic ve A
ritati fidei Christiane scti apl̄i ⁊ martyres sine nūero q̄ sanguinē suū fu
derūt viri cōtemptores mūdi: note sctitatis: ⁊ quō hi ꝑ mēdacio ꝯfirmā
do: mortē subijssent? q̄d de: mille heremitis omnia relinquentibꝫ pro

Christo ⁊ eius fide. taceo de testimonio Josephi ⁊ Sibille: angelorum
in natiuitate Christi: trinitatis in eiꝰ baptismo ⁊ transfiguratõe Joan.
Baptiste. Tertiũ fulcimẽ est: p̃nunciatio ꝓphetica: videmꝰ em̃ multa ꝑ
ꝓphetas p̃nunciata impleta esse: ⁊ cur dubitamꝰ pauca illa que restant
impleri: cũ a nullo alio p̃ter deũ eadẽ sint ꝓphetis manifestata: qꝛ nemo
aliꝰ potest futura p̃uidere naturaliter nisi deos. Quartũ fulcimẽ: scri-
pturarũ ꝯcordia: ⁊ nõ euidentibꝫ exterminis nec ex principijs euidentiã
habentibꝫ nõ ꝯsonant firmiter ⁊ infallibiliter multi diuersimode dispo
siti nisi a causa supiore ipsoꝝ intellectus inclinentur ad assenssum. Sed
scriptores sacri canonis varie dispositi ⁊ diuersis tp̃ibus existentes in
talibꝫ nõ euidentibꝫ oino ꝯsonabant. Quintũ fulcimen est: auctoritas
scribentiũ. Nõ em̃ est verisimile: ꝙ hij q̃ tm̃ dãnant mendaciũ: p̃cipue in
fide ⁊ moribꝫ fuerint mentiti: dicentes: Hec dicit dñs: si dñs nõ fuisset
eis locutꝰ. Si aũt libri nõ sunt illoꝝ sꝫ alioꝝ h̃ videt̃ incõueniẽter dictũ:
qꝛ sic negabit̃ q̃cũq̃ liber esse illius auctoris cui ascribit̃: q̃re em̃ soli isti
B falso ascripti sunt auctoribꝫ quoꝝ nõ erant. Sextũ fulcimẽ est diligẽtia
recipientiũ: tanta em̃ apud Judeos solicitudo fuit de libris habendis
in canone: ⁊ tanta apud Christianos de libris recipiẽdis tanq̃ auten-
cis: ꝙ de nulla alia scriptura habendi pro autẽtica tanta solicitudo fuit
inuenta p̃cipue cũ tam solẽnens cõitates de scripturis istis curauerunt:
tanq̃ de cõtinentibꝫ necessaria ad salutẽ. De his vide latius in Scoto
1 sup. i. Sniarũ in ꝓlogo. q. ij. Septimũ fulcimẽ est: rõnabilitas cõten-
torũ. Habet siue cõtinet fides nr̃a: ꝙ deꝰ debeat sup oĩa diligi: ⁊ q̃d q̃so
2 rõnabilius q̃ꝫ ꝙ summũ bonũ amore amicitie sup oĩa diligat̃: Cõtinet
ꝙ ꝓximus debeat a nobis diligi: sicut nosipsi: ⁊ hec plane rõnabilissima
3 Docet de deo credere dignissima: nullã imꝑfectionẽ importãtia: ⁊ q̃ sũt
4 nos ad deũ bñ affectiua timore spe scꝫ ⁊ amore. Docet de hoĩe credere
decẽtissima: ꝙ sit ad imaginẽ dei creatus: ꝙ ad sil̃itudiuẽ eiꝰ viuere de-
beat: ꝙ ad similẽ gloriã ꝑuenturꝰ sit ⁊c̃. Octauũ fulcimẽ est: irratiõabili
tas erroꝝ: quã turpia sunt alioꝝ secte ꝯtẽtiue: plane irratiõabilia ꝯtinẽt
1 in credibilibꝫ ⁊ agibilibꝫ de deo ⁊ hoĩbus. Negãt potentiã dei negãtes
resurrectionẽ ⁊ incarnationẽ. Derogãt bonitati: negãtes pctõꝝ remissio
2 nẽ. derogãt iustitie: negãtes pctõꝝ vindictã. Pagani colũt idola opera
3 manuũ suaꝝ. Judei nouũ testamentũ dãnant: qđ in veteri eis ꝓmittit̃:
4 sil̃r ⁊ Christũ eis ꝓmissũ nõ recipiũt tp̃alia expectãtes. Sarraceni por-
C ci vilissimi ꝓ beatitudine expectãt gulã ⁊ luxuriã: Phoꝝ tandẽ secta irra
tionabilia ꝯtinet etiã Aristotelis politia: ꝙ dij sint honorãdi: ꝙ nullus
orbatꝰ debeat nutriri: ꝙ aborsũ fieri oporteat in casu. Nouũ fulcimen
est: ecclesie stabilitas: nõ ẽ nisi a deo ꝙ in capite ⁊ mẽbris tãto tp̃e ꝑmã-
1 sit eccl̃ia. In capite inquã: eccl̃ia em̃ vt ait Augꝰ vsq̃ ad cõsũmationẽ
generis hũani ab apl̃ica sede per successiões epoꝝ frustra hereticis circũ
2 latrãtibꝫ: culmẽ autoritatis obtinuit. In mẽbris p̃terea: quis em̃ tantã
multitudinẽ ad pctã ꝓnam ad legẽ cõtrariã carni ⁊ sanguini seruãdã in-

duceret nisi deꝰ. Porro secta iudeoꝝ nõ manet in vigore. Qꝫ si obijcis de ꝑmanẽtia secte Machometi: Rñdeo ꝙ incepit plusq̃ sexcẽtũ annis pꝰ legẽ christi: ⁊ i breui deo cooperãte finiet ⁊ ꝓphetia dr̃ esse apd̃ eos: ꝙ cito sit finiẽda. Decimũ fulcimẽ ẽ errantiũ ꝯuertibilitas. Deus nõ deest q̃rentib⁹ toto corde salutẽ: multi aũt diligẽtissime inq̃rẽtes salutẽ: ad hãc sectã ꝯuersi sũt: ⁊ quãto feruẽtiores facti sunt i inq̃rendo tanto in hac secta amplius cõfortati: subitoq̃ ꝑ ea penitẽtes de malitia ad bonã vitã mutati sunt. Tormẽta quoq̃ ꝑ ea plures in magna exultatiõe spiritꝰ ꝓpessi sũt. Que nõ viderent ꝓbabilia nisi deꝰ hãc sectã sacre scripture innitentẽ: irrefragabiliter approbaret: ⁊ ordinaret ad salutẽ. Rogemus.

Feria.iiij post Reminisce.xiiij.Martij.Stultorum infini.ꝛc̄

D Duodecima turba stultoꝝ sunt p̄cipitātes (Schnell narrē) Jp̄i sunt q̄ de agēdis vbi pōt esse dubiū nō habēt sufficientē examinationē ꝛ cōsiliū mētis: sed subito disponūt ꝛ ponūt se ad faciēdū qd̄ mēti occurrit ꝯ illud: Nihil sine ꝯsilio facias scꝫ mētis. Ecc̄i.xxxij ex Antho.lib.ij.ti.v.ca.x. Horū stulticia appellat̄ p̄cipitatio ꝛ hoc ꝓpter sil̄itudinē quā habet ad corporalē p̄cipitationē. Dicit̄ em̄ p̄cipitari s̄m motū corporalē: qd̄ a supiori in ima venit: s̄m impetū quēdā ꝓprij motꝰ vl̄ alicuiꝰ impellētis nō ordinate descendendo ꝑ gradus sic̄ ad literā d̄r de Rasia: q̄ p̄cipitauit semetipsum viriliter ī turbas.ij.Mach.xiiij.ne scꝫ caperet̄ a gētilibꝫ ꝛ de mulieribꝫ: q̄ circūciderāt filios suos: vt obseruarēt legē dei q̄ p̄cipitauerūt eos ꝑ muros ciuitatis.ij.Mach.vi. Sūmū aūt bonū aīe est ip̄a ratio. Jmū aūt eiꝰ est operatio ꝑ corpus exercitatai Gradus aūt medij: ꝑ q̄s oportet ordinate descēdere sūt isti: memoria p̄teritoꝝ: intelligētia p̄sentiū: solertia in ꝯsiderādis futuris euētibꝫ: ꝛ rōcinatio ꝯferēs vnū alteri ꝛ docibilitas: ꝑ quā q̄s acquiescit sentētijs maioꝝ: q̄ sūt ꝑtes prudētie: ad quā ꝑtinet bn̄ ꝯsiliari: ꝛ ꝑ hos gradus descēdit pō recte ꝯsiliādo. Si q̄s aūt ferat̄ in agēdo ꝑ impetū volūtatis vl̄ passionis: pertransitis his gradibus erit vitium p̄cipitationis ꝛ imprudentie: hoc faciunt huis generis fatui (Schnell narren) Jgitur secundū nomen eorum sic ꝛ laus sua: possunt autem dinosci sex nolis.

E ¶ Prima igit̄ nola est: subito sine consilio operari ꝓpositū. Sūt em̄ vt p̄dixi: q̄ cū aliq̄d eis faciendū occurrerit siue ꝓposuerint: mox sine sufficienti examinatiōe subito disponūt facere: q̄ primo mēti occurrit: quēadmodū sufficiēter declamatū est: vere stulti sūt: qꝛ frequēter cadūt ī pctā:
1 aliqn̄ mortalia. Nā si aliq̄s p̄cipitāter facit aliq̄d: ꝛ auertēs se a regulis diuinis: vt contēnēs ꝛ repudians diuina documēta sic est mortale: ꝛ d̄r
2 etiā temeritas talis p̄cipitatio. Si vero p̄cipitāter agit absq̄ cōtemptu diuine regule: sed cū detrimēto seu defectu eoꝝ q̄ sunt de necessitate salutis iteꝝ ē mortale. Vel circūstātia q̄ reperit̄ cū mortali: sic̄ cū debeat q̄s semel in anno cōfiteri ꝛ cōmunicare subito accedit ad cōfessionē sine aliqua p̄cogitatiōe: cū tamē habeat intricamēta ꝛ grauia pctā: ꝓpter qd̄ parū dicit ꝛ multa omittit grauia: que de facili menti occurrissent: ꝛ sic subito cōmunicat indispositus: iste p̄cipitanter facit cōfessionē: ꝛ est ibi
3 mortale pctm̄. simile de disputatione. Si aūt aliquid p̄cipitanter operatur absq̄ detrimento eorū q̄ sunt de necessitate salutis: erit veniale.

1 ¶ Secūda nola est: p̄cipitanter sn̄ias ꝓferre: sunt qui nō bn̄ examinatꝫ ꝛ pēsatis causis sn̄ias ꝓferūt. Cōtra illud qd̄ Euaristꝰ papa dicit: Deꝰ oīpotens vt nos a p̄cipitande sn̄ie ꝓlatione cōpesceret cū oīa nuda ꝛ aperta sint oculis eiꝰ: mala Sodome noluit audita iudicare priusq̄ manifeste cognosceret q̄ dicebant̄: vnde ait: Descendā ꝛ videbo vtrū clamorē: q̄ venit ad me opere cōpleant an nō: ē ita vt sciā. Qd̄ fecit vt nob̄ exem-

plū daret: ne p̄cipites in discutiendis z iudicādis negotijs essem⁹. ñ. q. i. deus. Dñs postulat⁹ de adultera iudicare z dare sentētiā: non statim dedit iudiciū: sed inclinās se deorsum: digito scribebat in terra. Typice nos instruens vt cū primorū errata cōspicimus: nō añ iudicemus reprehendendo q̄ ad cōscientiā humiliter reuersi: digito discretionis solerter exculpemus: z quid cōditori nr̄o placeat quidue displiceat examinatiōe dirimem⁹. Sed z Moyses q̄relas populi z causas ingressus taberna culū referebat ad dñm: z postea respondebat. xi. q. iij. summopere.

¶ Tertia nola est: p̄cipitanter dubia decidere: stultitia magna est hoc z p̄cipue in factis cōscientie: vbi vertit perculū aie: ait Gregori⁹. In rebꝫ dubijs nō debet esse iudiciū absolutū. xxxiij. distinc. habuisse: vbi glosa dicit de triplici ambiguitate: scz iuris facti z psone: quēadmodū deducit Antho. Sed ego dimitto alias: z de sola iuris ambiguitate dico q̄ in tali sit cauendū a p̄cipiti decisione: q̄ admodū periculosa est nisi hec seruent. Primū q̄ cōsulēs in dubijs id sequat: qđ nō sit cōtra euangeliū aut decreta nō abrogata p cōsuetudine: dist. xiij. sicut quedā. Secōm q̄ vbi sunt cōtrarie opiniōes doctor⁹ celebriū: nō p̄cipitet sentētiā q̄ ita vni opinioni adhereat vt alterā p̄dēnet q̄si hereticā vel dānabilē. Tertiū q̄ turiorē viā cōsulat z eligat p̄cipue añ factū. Est ad hoc b. Tho. in quod liberis: cōtra multos p̄dicatores z cōfessores: faciles ad iudicandū aliquid esse mortale. Erant hec nola insigniti Josue cū p̄rincipib⁹ tribuū qui Gabaonitis dando responsum erant p̄cipites nimis. Josue. ix. Et Nathan ipsi Dauid: de edificando templo. ij. Regum.

¶ Quarta nola: secreta q̄ria p̄cipitanter reuelare. Caueat sibi q̄libet ne sit p̄ceps in manifestandis secretis: q̄ alias incidet in multa mala. Nā paucissimi reperiunt fideles ad ea seruāda: sed habebūt posthac vt puto p̄priū locū. Hieremie. ix. dicit. Vnusquisq⁹ a primo suo se custodiat: z in oi fratre suo non habeat fiduciā: q̄ omis frater supplātans. i. decipiēs in reuelando secreta. Sic Samson: q̄ preceps fuit ad reuelandū secretū eius in quo cōsistebat fortitudo sua Dalile: cum pluries expertus esset malitiā eius tonso capite ab ea: cum dormiret in gremio eius: captus fuit a Philisteis z excecatus. Judi. xvi.

¶ Quinta nola. p̄cipitatio in ope puta dom⁹ edificatiōe: sed z de hac specialis erit turma postea dū videlicet aliqs appetēs nouā domū fabricare: cū nō habeat expēsas sufficiētes vl̄ modū: p̄ceps ecr i illo rpc. Vñ Calixtus papa: Nos (inquit) tpe egemus: vt maturius quid agam⁹ nō p̄cipitem⁹ cōsilia z opera nr̄a. Neq̄ ordinē corrūpam⁹. dis. v. Pōderet.

¶ Sexta nola est: eligere vel assumere p̄cipitanter. Opus esset vtiq̄ p̄cipitatiōis: si qs aliquē sine notitia ei⁹ vel examinatiōe eligeret subito i rectorē vl̄ p̄fessorē: vel assumeret ad sacerdotiū vl̄ ad religionē: vel ipse assumeret aliq̄ opus arduū sine discussiōe sue facultatis. Hec sunt nole sex: quibus dinosci possunt bi fatui. q̄tenus si tute reperies habere has nolas: eas excutere discas: z teipsum cognoscas esse stultū sapiēsq̄ fias

1 Nō em̄ est parua ignominia esse de hoc stultoꝝ numero. Habēt nimirū
matrē infamē: q̄ hoꝝ stultoꝝ est genitrix. Et q̄ est (inq̄s) mater eoꝝ? luxu
ria. Hec em̄ maxime absorbet animā: ⁊ trahit ad sensualē delectationē.
in quaꝝ abstractiōe cōsistit ꝑfectio cuiuslibet virtutis intellectualis: vt
H in. ij. ij. q. liij ar. vi. Et quis pater eoꝝ? Diabolus. Sicut em̄ virtuose
2 operās ꝯsiderat circūstātias: vt recte sint ⁊ cōgrue ad finē. ita ⁊ ecōuerso
diabolus cū instigat ad malū inducere conat̄: vt subito operet̄ sine aliq̄
examinatiōe vel discussiōe periculi. Lēta virtus (ait Origenes) ⁊ cūcta
trix ante iudicat q̄ incipiat: q̄d decorū: q̄d honestū: iniq̄tas: oīa ꝑcipitat
de pe. di. iij. inter hec. Sic sic ⁊ mēbra diaboli maligni iudei turbati cō
tra christū arguentē crudelitatē ipsoꝝ i nazareth: duxerūt cū vsq̄ ad sup
3 ciliū mōtis vt ꝑcipitarēt eū. Lu. iiij. Quatiunt̄ he nole ad aures nr̄as i
irrisionē nostrā. Per oēs natiōes vulgo dici solet: Gallos ante factū: ita
los i facto: alemanos post factū prudētes esse. Hoc de nobis dr̄: scribit̄
⁊ famat̄: Aleman guckguck. Est nobis vnū ꝑciosum epitheton: q̄ vera
ces simus ⁊ fideles. Sed heu falsitas ⁊ dolositas inualuerūt apud nos.
Itaq̄ fiet vt infima ⁊ fex erim⁹ oīm gētiū: hac vbi fuerim⁹ ꝑrogatiua ve
racitatis ⁊ fidelitatis priuati. Improperat dn̄s i euāgelio filijs zebedei
4 hodie eoꝝ imprudētiā: Nescitis q̄d petatis. Assimilant̄ rursus i speculo
nr̄o nō sine ludibrio ⁊ irrisiōe ꝑcipites ei q̄ asino nōdū ꝑfecte strato nitit̄
insidere: q̄ inter equitādū cadit: q̄ nō pri⁹ scit parare sellā q̄ vult eq̄tare.
5 si is cadit incōsultus risuz mouēs erit stultus. Sed tolerabile esset ridi
culū fieri: nisi etiā efficeret odibilē ꝑcipitatiōis stultitia. Dicit Sapiēs
Ecci. ix. Temerari⁹ in v̄bo odibilis est. Et q̄d mirū si ꝑceps ad loq̄ndū
I sit odibilis? cū ex q̄ subito loquit̄ q̄d mēti occurrit: nō examinādo v̄ba:
oporteat (ꝑsupposita humana fragilitate) q̄d dicat multa incontinētia ⁊
displicētia auditoribꝫ. Jō ⁊ diligēter admonet Sapiēs dicēs Eccēs. v.
6 Ne temere q̄d loq̄ris. Sed ais: nōdū quis odiuit mihi tumorē (Man̄
hat mir noch kein bül gehaßt) q̄z diu inde nō ledor aut damnū patior: ni
hil curo. Plane damnū nō deerit ⁊ plaga magna nimis fatuis: nisi mē
tiat̄ Dauid. Dilexisti oīa verba ꝑcipitatiōis lingua dolosā. Et q̄d inde
audi. Propterea deus destruet te in finē: euellet te ⁊ emigrabit te de ta
bernaculo tuo ⁊ radicē tuā de terra viuentiū. Ps. li. Notate v̄ba: signa
te mysteria. Destruet te in finē: esto hic nō destruaris: quippe q̄d nō ob
stante ꝑcipitatiōe in ꝓsperitate incedis: q̄uis nō sine pena q̄tidiana: tan
dē tn̄ i fine de terra eradicaberis viuētiū alibi: q̄uis hic in bonis ducas
dies tuos: fleuit Jesus cognoscēs futura mala ciuitatꝫ hierl'm: in ꝑsen
7 tiaꝝ tn̄ gaudētis. Est ali⁹ testis Job. xviij. Precipitabit eū cōsiliū suū:
1 ⁊ imittet in rete pedes ei⁹. Dic q̄d fecit perire metuēdū hūc cesarē Juliū
sp cautū vt in senatu tot vulneribꝫ occūberet? plane ꝑcipitatio. Si em̄
legisset epistolā sibi aū senatū porrectā: nō iterijsset. siq̄dē ꝑ eā certior red
ditus erat sup cōiuratiōe ꝯ eū facta. Sz q̄d exteros recēsem⁹? Anteaq̄
2 fructū vetitū gustauerat Adā: Si ꝓspexisset dedec⁹ atq̄ nefas: De para

dissaco nõ pulsus gramine nudus: Exisset facti p̃mia dura luẽs. Asahel 3
in pseq̃ndo Abner ducẽ exercit⁹ ieboseth p̃ceps fuit: nec voluit desistere
ad v̄bũ ipsi⁹ Abner ꝓpter qd̄ corruit occisus ab ipo Abner.ij. Re.ij. Ni R
canori ãputatũ fuit caput: lingua ⁊ dextra ꝓpter suã p̃cipitationẽ.i. Ma 4
cha.vij. Et Jonathas occidit̃a triphone sibi munera exhibẽte.i. ma.xij 5
Merito cautos nos reddere debẽt hec ⁊ alia m̃ltoꝝ gesta ⁊ grauissima
ex p̃cipitio dãna ĩflicta: ne ⁊ nos hac stultitia p̃mamur: q̃n poti⁹ eã excu
tiam⁹: eo q̄ nedũ odibiles ⁊ ridiculosos nos efficit: sꝫ etiã maledicti p̃ris
diaboli ⁊ ĩfamis luxurie filios ꝯstituat. Proijciam⁹ g̃ a nobis fatuitatẽ
hãc: ⁊ sapiẽtes efficiamur filij sapiẽtie p̃ris: vt h̄ gratiã eterni p̃ris cõseq̃
mur: ⁊ alibi ꝑ ignominia fatuitatꝫ gloriã eternitatis. Ad quã ꝑducat ⁊c̃

Feria quinta post Reminiscere. xv. Martij.

Stultorũ infinitus est numerus. Eccl's. i. Euãgeliũ

Decimatertia turma stultoꝝ est luxuriosoꝝ procoꝝ: Buol narren. hoc eoꝝ nomẽ ꝓpriũ p̃ter alios stultos. Nã oĩs hõ tales cuiuscũq; sint cõditiõis stultos appellat. ⁊ quidẽ recte: sunt etem̃. Et cũ stultitia ex oĩbꝫ vitijs nascat̃: p̃cipue tñ ex illa luxuria nasci d̃r a b. Thoma: q̃ ⁊ rationẽ assignat quã trãseo. Si q̃s sit inuidia: auaritia: ira aut alio q̃uis vitio affectus: nõ appellat̃ tñ stultus. sed si hoc vitio luxurie fuerit captus: dicit̃ stultus. Neq; solũ vulgus luxuriosos stultos appellat: sed etiã in scriptura sacra hoc vitiũ stultitia appellat̃. Nã cũ Amõ
2 stuprare nitit̃ sororẽ suã Thamar: ip̃a ait: Noli facere stultitiã hanc. ij. Regũ. xiij. Ceterũ quõ multa sint genera stultoꝝ: quidã sodomite: q̃dã sacrilegi: adulteri: stupratores virginũ: alij simplices fornicarij. ab omnibus scitum est: neq; opus resumere que superioribꝫ ꝑ me frequẽter dicta sunt. Et q̃uis satis noti sint: vt non opus esset eis nolas appendere quibꝫ noscerent̃: tñ vt seruem ordinẽ hacten⁹ obseruatũ: ⁊ sil̃es alijs stultis fiãt: q̃siui ⁊ inueni nolas nõ paucas: q̃s enumerare cursim tm̃ statui. ¶ Prima igit̃ nola est cecitas mẽtis: Blintheit des gemüts. Scd̃a est p̃cipitatio: verwegenheit. Tertia est incõsideratio: vnwarnemlicheit. Quarta nola est incõstãtia: vnstetikeit. Quinta est amor sui. Sexta odiũ dei. Septima affectus p̃sentis seculi. Octaua desperatio futuri seculi. Non est mirũ: ꝙ in hec octo mala miser ille stultus cadit. Et quõ? Facit em̃ vehemẽtia delectationis quã q̃rit ⁊ cui inheret: ꝙ totus absorbet̃ ad talia. ⁊ ꝑ ꝯseq̃ns sua ratio ⁊ volũtas deordinat̃ ⁊ impedit̃: vt eis debite vti nõ possit. qñ em̃ inferiores potẽtie vehemẽter afficiunt̃ ad sua obiecta: cõseq̃ns est ꝙ supiores vires impediant̃ ⁊ deordinent̃ in suis actibꝫ. Impedit̃ igit̃ primo in intellectu: in simplici intelligentia: vt nesciat app̃hendere finẽ bonũ: ⁊ sic prodit nola prima: cecitas mentis. Sic Dañ. xiij. Species decepit te. Scd̃o impedit̃ ratio eius in ꝯsiliando de his q̃ sunt ꝓpter finẽ: ⁊ sic prodit scd̃a nola p̃cipitatio. Mouit nolã hãc Parmeno apd̃ Terẽtiũ: dño suo q̃renti ꝯsiliũ: Que res inq̃t in se neq; cõsiliũ neq; modũ vllũ habet: eã cõsilio regere nõ potes. Tertio impedit̃ ratio sua in iudicãdo de agẽdis: sicut de senibus luxuriosis dicit̃: Auerterũt sensum suũ: vt nõ recordarent̃ iudicioꝝ suoꝝ. Et prodit nola tertia inconsideratio. Quarto impedit̃ ratio: ne exequat̃ id q̃d decreuit esse faciendũ. ⁊ prodit nola incõstantie: quã quatiebat q̃ prius dicens volenti recedere ab amica: Hec verba vna falsa lachrymula restinguet:
M quã vix vi exp̃ssit ⁊c̃. Quinto impedit̃ ⁊ sua volũtas: vt nõ appetat debitũ finẽ: sed indebitũ scz delectationẽ quã inordinate appetit. ⁊ ꝓdit nola q̃rta amor sui. Sequit̃ hãc mox nola q̃nta odiũ dei: inq̃tũ scz ꝓhibet delectationẽ cõcupitã. Appetit media ꝑ ꝯsecutiõe finis sui indebiti: ⁊ ꝓdit nola septima: affectus p̃sentis seculi: in q̃ scz vult frui voluptate. Sequit̃ mox octaua nola desperatio futuri seculi: quia dũ mens detinetur

carnalibꝫ delectationibus non curat ꝑuenire ad spiritales: sed fastidit. Habes nolas octo: ⁊ vbi emisti? A mercatore vno qui appellat̃ sanctus Gregori⁹: ꝑciosus vtiq; mercator. ⁊ in qua officina? in libro. xxxi. moraliũ. ⁊ eas limauit sctũs Thomas in. ij. ij. Vis audire ⁊ alias nolas?

¶ Nona nola turpiloquia. Plane ex abundantia cordis os loquitur. Matth. xij. Inde est ꝙ luxuriosi quoꝝ cor est turpibus delectationibꝫ plenum ⁊ concupiscentijs: de facili ad turpia verba prorumpunt.

¶ Decima ē ꝟba scurrilia: facit luxuria ꝓcũ (bulhertz) incõsideratũ ⁊ ꝑcipitē: iõ prorũpit in ꝟba leuiter ⁊ incõsiderate dicta: q̃ dicunt̃ scurrilia.

¶ Undecima nola: ꝟba ludicra: guot schwenck. Querit luxuriosus delectationē: ⁊ ꝟba sua ad delectationē ordinat: ⁊ sic ꝓrũpit in ꝟba ludicra

¶ Duodecima nola est stultiloquia: ꝑferēdo verbis suis delectationes q̃s appetit quibuscũq; alijs rebꝫ. Facit hoc in eo cecitas mētis: vt ꝑuersas sentētias ꝓferat ꝟbis suis. Et vnde he q̃ttuor nole ex Isidoro: quas tñ btũs Tho. splēdidas suis expositionibꝫ quēadmodũ audisti effecit. n

¶ Vis adhuc alias? Tredecima nola suspitio. Decima q̃rta zelus: nõ põt habere riualē. Decima q̃nta ꝯtētio: rursuz pax: vt ait Terē. Decima sexta secreta q̃rere. winckel suochē. nequã q̃rit angulũ. Decima septĩa adulari: schmeychlen. Decima octaua ꝓmittere: pollicitis q̃libet esse diues põt. Decima nona insusurrare: heymlich rumē. Vicesima irridere: lieblechlē. Vicesima prima man⁹ scalpere: hend kratzē. Vicesima secda pedibꝫ calcare: füstrettē. sz cautũ nõ est: q̃ppe cũ te putaueris calcare pedes femine: pedes calcas mariti. Vicesima tertia colores vestiũ mutare Precipe ei (inquiũt) vt colorē hũc ꝑferat. Hi sũt q̃ ⁊ varias vestes deferũt: nullũ ex eis vides cui calige nõ tegãt oras tibiaꝝ circa calceos. quicũq; habet patulas tibias circa oras calceoꝝ ꝓcus nõ est. Vicesima q̃rta hoffieren: ꝓponũt feminis cibos ⁊ ꝑgustãt. Vicesima q̃nta inuerecũdia: vnschemig. Vicesima sexta frech. Vicesima septĩa carmina de venereis ⁊ nulla alia cantãt. Vicesima octaua irrisui sunt: spöttig. Et vnde nole he? ex officina nr̃i barbitonsoris: cuius dictamen vobis anno superiori ꝓduxi: ⁊ apd̃ vos manet: quē legite. Q̃s si plures habere volueris. intra officinã ꝓpriã: ⁊ teip̃m ꝯsiderato: ⁊ multo plures reperies. Et tm̃ d̃ p̃mo.

¶ Circa secundũ de figura Veneris: qua eam veteres descripserũt: in quibus significare voluerunt mores ⁊ miserias procoꝝ. Reperio quia eã hoc mõ figurauerũt. Feminã nudam in mare natantē: ⁊ in manu sua dextera conchã marinã gestantē: q̃ rosis erat ornata: a columbis circũuolantibꝫ comitata: Vulcano deo ignis rustico turpissimo in coniugiũ assignata. Ante quã tres astabant iuuencule nude: que tres gratie vocabant̃. quarũ duaꝝ facies ad ipsam conuerse erant: vna vero in cõtrariũ vertebatur. Cui Cupido filius suus alatus ⁊ cecus assistebat: qui sagitta ⁊ arcu Apollinem sagittabat: propter quod ad matris gremium turbatus puer ⁊ timidus fugiebat. Et cur ita figurabãt? Plane vt mores ⁊ miserias procorũ venereoꝝ significarēt. Vultis audire qualiter? o

Primo Venus figurabat femina quia (Bulbertz) habet femineū cor: instabile ⁊ semper mutabile vt femina quēadmodū in .iiij. nola. Scdo nuda depingit: ⁊ nudos q̄ illā imitant persepe facit: ⁊ qr luxurie crimen ⁊ si in longū pseueret occultū: tandē dū minus arbitrant obsceni pcedit in publicū: oī palliatiōe remota: vt ait Bocaci⁹. Est (si nō erro) puerbiū qr amor talis occultari vltra quartale vnius anni nō possit. Tertio in mari natantē: pfecto vt infeliciū amantiū amaritudinib⁹ imixtam vitā pcellis agitatā varijs. ⁊ eoꝝ naufragia crebra demōstrent. Vis audire in mari natantē: audi Plautū in cistellaria talē procū describentē. Credo ego ait: amorē primū apud hoīes carnificinā cōmentū: hanc ego de me cōiecturā domi facio: ne foras querā qui oēs hoīes supo atq; añeo cruciabilitatib⁹ animi: iactor: crutior: agitor: vexor: vi amoris tot⁹ miser exanimor: feror: differor: distrahor: diripior: ita nullā mentē aī habeo: vbi sum: ibi nō sum: vbi nō sum ibi est anim⁹. ita mihi oīa ingenia sunt: qd lubet nō lubet: iā id ꝯtinuo: iā amor lassum anī ludificat: fugat agit: appetit: raptat: retinet: iactat: largit: qd dat nō dat: deludit mō: qd suasit: disuadet: qd dissuasit id affectat: maritimis modis mecū experitur: ita meū frangit amantē aīm. hec Bocati⁹. Quarto gestat in manu dextra cōchā marinā (expositionē Bocacij dimitto) cū qua canit (Ein krum Jacobs muschel als ein horn) Siq̄dem vult sp esse in choreis: in cantib⁹ ⁊ letitijs: ⁊ ad se alios vt itidē faciāt vocat: excitat choreas ꝯuiuia q̄tenus ꝯueniāt filij Veneris. Quinto rosis ornata: ei rosas (vt ait Bocatius) dicūt esse in tutelā datas ꝯgrue q̄dē: eo q̄ rubeāt atq; pungāt: qd quidē libidinis ꝓpriū esse videt. Nā turpitudine sceleris erubescimus ⁊ cōscie pcti veramur aculeo. Et sic p tēpusculū rosa delectat: paruoq; tpis lapsu marcet: sic ⁊ libido parue breuisq; delectationis: et longe penitētie causa est: cū in breui decidat qd delectat: ⁊ quod officit vexet in longū (Ein kurtz fastnacht ein lange fast). Sexto a colūbis circūuolātib⁹ comitata (Ein kut tuben) sunt em̄ ei columbe (ait Bocaci⁹) in tutelā date q̄ sunt multi coitus: ⁊ fere fetationis ꝯtinue: ⁊ libidinosi sub tutela sūt luxuriosoꝝ: plane sequūt ille columbe gregatim luxuriosum. De his colūbis sermo specialis i tractatu de morte fact⁹ est (wiltu haben dein huß suber: so hüt dich vor pfaffen: münchen vnd duben. D. diener. V. vetterē. B. blotzbrüder. E. ertzet. N. neger schnyder. Septimo vulcano turpi cōiuncta: aliq̄ndo turpissimi hoīes admittunt a feminis: quippe q̄ alios quos cuperēt promptos nō habēt: ⁊ nō incendio cōsumitur dom⁹ si em̄ aqua deerit cū fimo extingui nitit. Octauo tres habet assistentes iuuēculas ⁊c. ipse sunt tria vitia: auaritia voluptas et infidelitas. Due sunt ad eā cōueese: auaritia ⁊ voluptas: nimirū q̄ diu loculi fuerint referti: ⁊ psona delitijs apta: tam diu erit accepta. Porro his deficiētib⁹ faciē ab ea auertimus: vtiq; manifestū est qr persone luxuriose carnalitas nos diliget ratione voluptatis: auaritia ratione lucri ⁊ cupiditatis. ⁊ iste sunt: quarū facies ad nos sunt conuerse. Infidelitas

vero nos eijcit: ⁊ faciē a nobis vertit ratiōe pauꝑtatis vel p̄dilecte alterius formositatis. Tunc dicimus: Traditus sum obliuioni tanq̄ mortuus a corde: ⁊ auertisti faciem tuā a me: ⁊ factus sum conturbatus. Nono habet filiū Cupidinē: ⁊ luxuria cōcupiscētiā producit. Profecto proci in iugi sunt cōcupiscentia. Decimo filius eius puer est: non vir. Siquidē luxuriosi semꝑ pueriliū sunt morū: nihil virilis nihil magnifici ex eis audit̄. Undecimo alatus depingit̄. Amor em̄ talis volare ⁊ subito se trāsferre videt̄. Cōstat em̄ ꝙ homo subito ⁊ sine deliberatione amore alicuius ꝑsone solet inflammari: sed nō diu ꝑmanet hic amor. Duodecimo cecus est. Et q̄ cecus sit procus: dictū est in prima nola. Nescit etiā quid agat procus: ⁊ vbi se ingerat amor aduertere nō videt̄ qꝛ solet se ponere in pauperē sicut in diuitē: in turpē sicut in pulchrū: in religiosum sicut in laicū. Porro ꝑ amorē solent hoīes excecari. Amor malus rectū iudiciū nescit: ait Seneca. Tredecimo sagittas habet aureas ⁊ vncatas in vna pharetra: ⁊ in alia obtusas: ⁊ plumbatas in alia pharetra: ⁊ amor quosdā vulnerat. Quartodecimo Apollinē sagittat Et amor ille viros aliqñ iustos sagitta tentationū quandoq̄ vulnerat ⁊ transfigit. Fitq̄ vt iuxta poetā: Hereant in pectore vultus. R

¶ Habetis iam fratres mei quēadmodū veteres mores ⁊ miserias ꝓcorū ⁊ hoꝝ stultoꝝ descripserūt. Unde ⁊ merito nos cōcitari debemus ut custodiamus nos ab hac magna stultitia: nos inquā om̄es. Quippe 1
ꝙ nemini parcat vt dictū est: eque sub purpura ⁊ pannis reperit̄: vt ait btūs Hieronymus. Nec est qui se abscondat a calore eius: ergo oīb⁹ ab ea cauendū. Fugiamus fratres mei stultitiā hanc: q̄ est animi humani 2
turbatiua. qui tales em̄ sunt nunq̄ purū habent gaudiū. Noli te frater 3
subdere tante seruituti: vt ad nulla opera efficiaris ammodo aptus. q̄ eiusmodi est neq̄ dei neq̄ sui est: qꝛ cor suū nō habet. Fornicatio ⁊ ebrietas auferunt homini cor: ait ꝓpheta. Ut quid honori tuo nō parcis? 4
Nō est vitiū ꝙ ita vt fornicatio hominē infamet: vitia carnis sunt maxime infamie. Si captus nō es: age gratias deo: ⁊ caue. qꝛ nisi caueris 5
vix cappā depones: si ea induaris. Si cappatus es: roga deū ⁊ nitere vt exuaris. Et quid agā inquis vt absoluar? feruco: vulneratus sum sa- 6
gitta hac de qua dixisti: incensus sum ⁊ ardeo amore: feruet olla: continere nō possum. quid faciā ne ebulliat ⁊ effluat? Hoc fac quod cocus facere solet in tali casu: aut em̄ aquā olle infundit: aut de lignis subtrahit: aut ollam ab igne elongat. Ita ⁊ tu facito. ¶ Primo si ferues igne luxurie: aquā infundito. Recurre primo ad aquā frigidā: quā sup̄ te proijce. ad literā: qđ quendā sanctoꝝ fecisse legim⁹. Uel secūdo ad aquā lachrymarū. Uel tertio ad aquā tribulationū. Aque multe nō potuerūt extinguere charitatē (Das wasser got über die körb) Recipe disciplinā vel pungere fortiter: vel trahe tibi pilos barbe vel capitis. Uel quarto ad memoriā tribulationū: si nō vis adhibere tribulationis p̄sentiā: saltē adhibeas eius memoriā: vt cogites de penis que debent̄ pctō luxurie: siue

etiã cogites mortẽ: statũ i q̃ caro post mortẽ erit futura. Vel q̃nto aquã sapiẽtie salutaris: ad hanc currãt docti: plane q̃ sursuz est sapiẽtia. Primũ quidẽ pudica est. i. pudicũ reddẽs. Ama sacras literas (ait Hiero.) ⁊ carnis vitia nõ amabis. Ratio est ꝑm btm̃ Thomã. ij. ij. q. clxxxviij. ar. v. qꝛ auertit animũ a cogitatiõe lasciuie: ⁊ carnẽ macerat ꝓpter studij laborẽ. ꝑm illud Eccĩ. xxxi. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Sic sic fac: ⁊ extinguet̃. Scdo subtrahe ligna de igne: subtrahe tibi de cibo ⁊ potu. ꝑm em̃ ligna silue exardescit ignis: p̃cipue de illis generibꝫ ciboꝝ ⁊ potuũ q̃ inflãmant ad luxuriã: vt sunt fortia vina ⁊ acuti saporis Sunt nimirũ hec nõ qualiacũqꝫ ligna ad nutrimentũ luxurie: sed sunt q̃si facule ardentes ad eam incẽdendã. Tertio ollam ab igne remoue Elonga te ab igne luxurie. Sic fieri iubet sanctus Paulus. i. Corinth vi. Fugite fornicationẽ. Et quidẽ cõsulte: cũ alijs em̃ vitijs (vt ait btũs Ambrosius) põt expectari cõflictus. Hanc fugite ne approximetis: qꝛ nõ põt aliter melius vinci. Sic sic igit̃ vince ignẽ. Sed ais: nõ est ignis hic vt alter ignis infernalis est: ⁊ extingui nõ põt vt aliꝰ ignis: est ignis sancti Anthonij. Fac ergo qđ hi q̃ igne tali incensi sunt facere solẽt: inuoca deũ ꝑ deuotissimã orationẽ. Qui em̃ patit̃ morbũ illũ q̃ ignis infernalis dicit̃: alicubi facit se deferri ad ecclesiã btẽ virginis Parisiꝰ: alicubi ad sanctũ Anthoniũ. nec inde recedit donec curatus sit. Et tu itidẽ facito: cũ te senseris ꝑcussum telo cupidinis inflãmato: cõuertaris toto corde ad deũ ⁊ ad sanctoꝝ suffragiũ: neqꝫ clamare cesses quousqꝫ sanitatem receperis. qua adepta redde quotidie ꝑ gratiarũ actione aliquem censum vel seruitiũ in signũ liberationis: quia scriptum est. Eruam te ⁊ honorificabis me. Cauendũ tamen est in hac parte a temerarijs votis. Specialiter autẽ beatissimã virginem inuoca: que sicut est amatrix mũditie in se: sic et in alijs. ⁊ ei seruias specialiter. Proculdubio si q̃s tanto ardore quereret curationẽ ab isto igne infernali: quanto querit curationẽ ab illo: vix esset quin impetraret. Hunc modũ extinguendi ignem docuit nos Sapiens Sapientie. viij. quo ⁊ ipse vsus est: Vt sciui (inquit) quoniã aliter nõ possum esse continens: nisi deus det: ⁊ hocipsum erat sapiẽtia: scire cuius esset hoc donũ. Adij dñm: ⁊ deprecatus sum illum. Et tu igit̃ instar illius recurre ad dñm in tuis tentationibꝫ: ⁊ suos sanctos: eos inuocando diligẽter ⁊ deuote: ⁊ ab incendio hoc liberaberis: qđ ex telo cupidinis q̃ ꝑcussus fuisti passus es. Qꝫ si vis p̃uenire: ne te sagittis tuis ignitis cupido ꝑcutiat: fac qđ prudẽtes facere solent: dũtiment contra se mittendas sagittas aut speras bombardarũ. illi nõ manent in eodẽ loco stantes: sed oblique incedunt de vno loco in aliũ: non directe incedũt: neqꝫ manẽt stantes: alias cito ꝑcuterent̃. Et tu honesta occupatiõe semꝑ sis intentus: qꝛ Ocia si tollas: perire cupidinis arcus. Querit̃ Egistus quare sit factus adulter. Ratio in promptu est: desidiosus erat. Semꝑ aliquid boni facito (ait beatus Hieronymus) vt te diabolus occupatum inueniat. Rogemus dñm.

Feria.vi.post Reminiscere.xvi. Martij. Die scti Ciriaci.
Stultorũ infinitus est numerus. Eccl's.i. Euãgeliũ

Decimaquarta turba stultoꝝ est presumptuosoꝝ de misericordia dei: quos appellare volo Hensnarren. rationem audietis. Et vt eosdẽ cognoscatis: producã nolas quibꝫ dinosci possunt ¶ Prima nola est: sup miscdia dei sperare. Sed ais: hoc nõ est signũ fatuoꝝ: sed bonoꝝ. Beati oẽs q̃ sperãt in eo. Rñdeo ꝙ sunt triplices sperantes sup misericordia. Quidã penitentes de peccatis: cõtritis de preteritis: bene proponentes de futuris. sicqꝫ sperant sup misericordia dei.

Et hi nō sunt de hac turma. Alij sunt qui volunt in suis pctis pmanere vsq; ad finē: & nihilominus sperāt se saluandos p dei misericordiā. Hi sunt pniciosissimi & grauissimi peccatores: qz in spiritū sanctū peccāt: hi habent potissime nolā hanc in cappis suis. Sunt tertij peccantes super misericordia dei: hoc modo q peccant: & tn intendūt dimittere peccata & penitere. Hi fatui sunt: & peccant grauiter: nō tn in spiritū sanctū: quin immo minus peccāt q si sine hac intentione aliqn penitendi peccarent: qz nō habent tam obstinatā in peccato voluntatē. vez specialiter habe-
x bunt nolam. Noli frater dicere aut in hoc sperare: qz deus p te passus sit: & christianus sis baptizatus de numero ecclesie: sicq; te regnū possessurum & diaboli poteſtatē euasurū in iudicio: etiā si in peccatis mortuꝰ fueris. Scito qz iustus est iudex & fm leges iudicabit. Lex est q pcia rerū nō ex affectu nec vtilitate singulorz: sed cōmuniter funguñ. Itē alia lex: q arbor illius soli censet in q̄ viuit & in quo radices habet: & nō illiꝰ in quo videt cōsistere &c. De his vide summā predicantiū. v. vij. xix.

¶ Secunda nola est asserere qz peccare sit naturale & humanū. Naturale est: inquiūt hi fatui. Quare q̄ voluit deus talē facere naturā: si illud qō natura requirit pctm̄ est? Rñdeo frater: fm triplicē naturā in homie considerandā. Est em̄ in hoie natura generalis siue animalis: q̄ est corpus cū suis appenditijs sensualitate scz: breuiter oīe qō cōmune habemus cū bestijs illo mō est de natura hois. Et fm hanc naturā loqndo: cōcedo q fornicatio silr & alia peccata sunt naturalia: sic scz q hō ad ea inclinat. Nō tn sequit ideo nō esse pctm̄: nō em̄ sequit: ad coitū inclinamur naturaliter: ideo nō est pctm̄. Alias sequeret q fractio ieiunij esurienti nunq̄ esset pctm̄: itē negatio fidei p cōseruatione vite &c. Non em̄ voluntas cōformans se inclinationi naturali semp est recta. Est in hoie secūda natura sua ratio siue ania rationalis. & est eius vera natura. Et fm hanc dico: q pctm̄ nō est naturale: sed cōtra naturā: qz cōtra rationē q̄ semp ad optima deprecat. Est & tertia natura in homie indiuidualis: q̄uis pene coincidat cū prima: tn̄ ppter simplices numeranda. Per hāc intellige tu frater singularē complexionē hois: sit a parentib⁹: ab influentijs &c. Et fm hanc sunt quedā peccata naturalia: qz ad ea quidā singulariter inclinant. sed ppter hoc nō excusant a pctō: cū possint huic inclinationi resistere: neq; necessitent. Noli ergo frater decipere teipsum: ita paralogizans: peccatū est naturale: ergo nō pecco. quia semp vel est antecedens falsum: aut consequētia mala: vt patet ex dictis.

v ¶ Tertia nola est: se fundare sup prouerbio: Deus regnū celoz pro anseribus nō fecit. Sunt qui dicūt: deus celū nō fecit pro anseribꝰ. sicq; super hoc peccant & sperant. Sed rñdeo illis qō sepenumero respondi: q verū quidē sed neq; p porcis & asinis: q illi possidere debeant. nō est illis corona regni debita: q̄uis coronatus porcus in speculo vro sit depictus. Sed stemus in sententia tua quā ptulisti p te vt putas: sed contra te reuera. Cōcedo q anseribꝰ regnū celoz factū nō sit: tene qō dixisti: & ex-

verbis tuis iudicaberis o serue nequã: qꝛ neqꝫ tu sic sperãs sup̄ miscdia
dei celũ intrabis: faciã vt sit gladius q̃ ꝑfodiaris. qd̄ vt clipeũ in defen/
sionẽ tuã obiecisti (Den gensen ist das hymelrich nit gemacht) nõ anse/
ribus factũ est regnũ celoꝝ: ⁊ quõ g̃ tu te speras intraturũ? O anser: O
gans. Sũ ne ego anser? vtiqꝫ ⁊ ansere stultior. Anseres cũ impetunt̃ a 1
cane latrante exiliunt in flumen: sicqꝫ se tutos putãtes exultant. Et tu o
anser vane: speras sup̄ miscdia dei: cũ audis p̄dicatorẽ canẽ latrantẽ cõ
tra pctã ⁊ tuã p̄sumptionẽ vanã: mox cõfugis ad fluuiũ ⁊ aq̃s volupta/
tũ: rides: excutis ⁊ extẽdis alas: nihil curãs latratus p̄dicatiõis. Audite
Anser vno oculo (vt vulgo dr) videt in lagenã: alio i celũ. Et vtinã tu 2
saltẽ vno oculo in lagenã ⁊ tenebras inferni ⁊ abyssum diuine iustitie ⁊
seueritatis ꝓspiceres: ⁊ nõ in solã dei misericordiã. Anser portãs spicã 3
in ore incedit sine cura. Et tu spicã cõsolationis mũdane sine cura ⁊ soli
citudine futuroꝝ circũfers: incedis stolidus ⁊ ꝯtentus his. Anser sup̄ 4
fimario sedẽs in stercore: quãto plus radijs solaribꝫ ꝑfundit̃: tãtomagꝫ Z
fetores de stercore emittit. Et tu o anser quanto sol diuine miscdie plu
res radios bñficioꝝ tibi imiserit: te expectãdo tot annis: ꝓ te incarnatus
passus: ꝓ tot radijs miscdie sibi respondes in maiori fetore pctõꝝ q̃ di/
mittere nõ vis sed cõtinuare. ⁊ quãtomagis tibi benefacit: tantomagis
cõtra eũ fetorẽ (vt dixi) emittere gestis de tuis peccatis: in eis ꝑmanen/
do. Anser cũ cãpane terroris pulsant̃ (so mañ sturm lütet) nihil timet. 5
Et hi fatui ad cõminationes ⁊ tonitrua horrẽda dei oĩpotẽtis nihil tre
munt: Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ. Nescis adhuc qꝛ anser
(o gãnsꝫ hyrn) stolide ⁊ insensate? Anser ĩ fornace in tenebris impingua 6
tur: bñ pascit̃ vt occidat̃. Et hi fruunt̃ bonis huiꝰ mundi: ⁊ a diabolo si
ne solicitudine: quã ingereret meditatio iustitie diuine ⁊ timor dñi pa/
scunt̃. vt tandẽ dũ minus cogitãt nõ ab hoĩe: sed diabolo infernali lupo
cõsũmant̃. q̃s collo app̄hendit in fine vite: p̄mitqꝫ vt clamare nõ possint
ꝑ orationẽ ⁊ cõfessionẽ. Quẽ lupũ ꝑ sua membra adulatores scꝫ p̄dica/
tores suos semꝑ eisdẽ blandientes libẽter audierũt in vita sua: alijs ve/
ris dei veritatis p̄dicatoribꝫ cõtemptis: ĩmo oditis. Suntqꝫ ⁊ fuerunt
de numero hoꝝ auditoꝝ: qui depingi solent sub figura anserũ: audiẽtiũ
lupũ p̄dicantẽ in cappa ⁊ eosdẽ rapientẽ. Anser incedit quasi ebrius et 7
stolidus. Et o tu trunckne gans: schlotterkopff: tibi accidit qd̄ ebrio.
Ebrij putãt se duas candelas videre: vbi nõ est nisi vna. ⁊ dũ vnã extin
guunt credentes aliã sufficere: in tenebris remanent: qꝛ nulla alia sup̄est
quo facto admirant̃ dicẽtes: ⁊ vbi est alia candela? Ita nimirũ diuitijs A
⁊ delitijs honoribus aut alijs peccatis inebriati: nõ solũ duas: sed mul
tas esse luces paratas putant: dicentes illud. ij. Re. xxiiij. Multe mise
ricordie eius. Itaqꝫ oẽs alias misericordias a deo cõcessas in natiuita
te Christi ⁊ passione: in bonis nature: fortune: gratie ⁊ longe vite extin/
guunt: eisqꝫ abutunt̃ male viuendo: estimantes misericordias in pũcto
mortis sup̄ eos paratas. Sed fallunt̃ plane: eisqꝫ accidit in fine: quod

nõ nullis qui ita diu trufando: garrulando ⁊ potando lumen suũ consumunt ꝙ in tenebris cubant. Sic illi in tenebras exteriores ꝓiecti in inferno manẽt iacentes: tuncq; admirãtes q̃rere possent: Ubi sunt miseri cordie tue antique dñe: ille scilicet quas supesse credebam⁹? Noli ergo frater causam tuã ponere: vff blaw enten vnd genſ: sicut dici solet.

¶ Quarta nola est: p̃cedentiũ pctã recitare. Quidã nouerunt recitare ex biblia ⁊ historijs gesta antiquoꝝ dicẽtes: q̃ a seculo homies peccauerũt: neq; sit nouũ. itaq; suã sup hoc excusare volunt malitiã. Sed miseri negligunt qđ ⁊ ibidẽ scriptũ est: quẽadmodũ etiã puniti sint pctõres. Scriptũ est: q̃ sodomite peccauerint: sed ⁊ annotata est horrendissima pena pluuie ignis ⁊ sulphuris. Sic de Pharaone: sic de filijs israel i deserto ⁊ post: sic de peccatis regũ: quoꝝ regna desolata sunt: vt romanoꝝ iudeoꝝ. Uide si placet in speculo tuo fatuoꝝ: ⁊ cõsonat euangeliũ hodiernũ ꝑ oĩa. Ideo auferet̃ a vobis regnum. Q̃ si aliqui hic penas euaserint: hoc erat maxima eoꝝ pena: q̃ alibi eo acerbius ꝑpetuo puniẽt̃. Dicit̃ em̃ Mach. Etem̃ multo tpe nõ sinere peccatoribꝫ ex sentẽtia agere: sed statim vltiones adhibere: magni beneficij est inditiũ. Et Ualeri⁹ Lento quidẽ gradu ad vindictã diuina ꝓcedit ira. Inde ait Psalmista.
B Dedisti metuentibꝫ te significationẽ. vt fugiant a facie arcus. Qui diu tendit arcũ: eo fortius ꝑcutit. Sic deus diu parcẽs arcũ fortius tendit Nõ ergo gaude: q̃ sagittam alibi per corpus ⁊ animam mittet. Noli ergo tristari si hic puniris: est signum misericordie dei. Gregorius vir mire innocentie putabat se diligi: quia merebatur argui.

¶ Quinta nola est adhuc longã sperare vitã. Est hic digitus nõ dei: sed diaboli. qui falso cõsolat̃ stultos illos. Caue ne credas medico: decipit te ꝓculdubio: tangit tibi pulsus tribus digitis: ⁊ ad quẽlibet ait: quia cor habeas recẽs. Primus digitus scz index: illo te tangit: cũ tibi ꝓponit pctã alioꝝ: sicut iam audisti: Eia inquit: etiã alij ⁊ grauius q̃ tu peccant: sis ergo boni cordis ⁊ spei. Sed o fatue qualis cõsolatio: si tu ⁊ alij tecũ in infernũ descenderint? Tangit alio longiori digito: ꝓmittẽs tibi vitã lõgã. Eia (inquit) es cõplexionis optime: oẽs tui generis senes facti sunt ⁊ lõgeui: iuuenis es: ⁊ multi in iuuẽtute peccatores in senectute boni facti sunt: fruere delitijs in iuuẽtute: adhuc satis cito venies ĩ ꝓfectiori etate. Tacet neq̃ ille: q̃ ⁊ multi ⁊ maior pars nõ se emẽdat in senectute: sed in pctis suis pereũt. Tãgit vltimo digito: q̃ tact⁹ fuit in prima nola: q̃ misericors est de⁹ facil' ad placãdũ. Uerꝝ q̃dẽ bis q̃ eũ q̃rũt ĩ veritate ⁊ ad eũ cõuertunt̃: sed ⁊ iustissimus est: vindicans delicta patrũ vsq; in quintã generationẽ. Deus vltionũ est ignis cõsumens: furẽs ⁊c.

¶ Sexta nola: in vltimo suspirio penitere. Dicũt: Quacũq; hora ingemuerit peccator: vita viuet ⁊ nõ recordabor oĩm pctõꝝ. O q̃t perierũt:
C q̃ ꝑ hũc pontẽ voluerũt transire. vnũ legimus saluatũ in euãgelio: ⁊ plane miraculũ erat in gratuitis: qđ factũ est cũ eo q̃ pepẽdit ad latus dei. Stulte trahit̃ hoc in exemplũ: quasi difficile ⁊ rarum sit in nouissimis

vere penitere: nemo ignorat: nisi qui nō legit btm̄ Augustinū ꝛ Scotū eius dictū declarantē sup magistro in quarto sententiaꝝ: ꝛ q̄ nō legit beatū Hieron. in suo trāsitu dicentē: Vix de centū milibꝫ hoim quoꝝ mala vita semp fuit: vnus mereꝛ a deo habere indulgētiā. Lege ibidē dicta durissima bti Hiero. cōtra eos qui penitentiā vsqꝫ ad extrema differūt. Nolite fratres mei fatui effici huiꝰ generis in maximo periculo vos cōstituendo: p penitētie dilationē ꝛ hanc vanā spem: quin potiꝰ cōuertimini ad dn̄m deū vestrū in tota corde vr̄o: penitentiā agētes de pctis: tunc tūc em̄ sentietis misericordiā dei sup vos. Plane beneplacitū est dño super timētes eū: ꝛ in eis qui sperāt sup miscōia eius. Rogemus deū ꝛc.

Sabbato post Reminis. xvij. Martij. dies. vi. Bertrudis.
Stultorum infinitus est numerus. Eccē. i. Euangeliū

Decima quinta turba stultorū edificantiū (Duw narren) dinoscuntur hi nolis septem. ¶ Prima nola est edificare impfecta Sunt qui incipiūt edificare: z pre defectu pecunie perficere nequeunt. Sūt vtiq; hi stulti. Sapiēs em̄ volens turrim edificare: prius sedens cōputat sumptus qui necessarij sunt: si habeat ad perficiendū: ne postq; posuerit fundamentū: z nō potuerit perficere. oēs qui vident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cepit edificare: z nō potuit
D 2 cōsūmare. Luce. xiiij. Stulti hi penā suā habent: cum eos contus fatuitatis eorū in bursam percutit: z ab alijs irridēt: quanto satius fuisset alienā emisse domū antiquā: etiā alieno clipeo insignitā: q̄z propriā edificare niti z deficere: aut etiā perfecisse maioribz expensis q̄z empta esset
3 huiusmodi domus. Dicitur vulgo: Qui domū emit inuenit: q̄ edificat eam emit. Non oīm est omnia sua z tot quot Lucullus apud Plutarchum perficere edificia.

¶ Secunda nola est: edificare multa. Sunt qui incipiūt z pficiunt: z multa edificant in omni vico: neq; se inde stultos volunt reputari. sed vere nō est dissimulanda hec stulticia: quā deus cōminatione grandi cōdemnat z odit: diuinaq; sapiētia declinat: que venit vt nos suis operib
1 institueret quid facere vitareq; deberem⁹. Ecce Christus dñs sapientia eterna venit in hūc mundū. z nedum nō multas sed nec vnicā habuit domū. p̄riā in natiuitate sua. p domo habuit diuersoriū: in morte sepulchrū: in vita sua nō habuit vbi caput suū reclinaret. Math. viij. Audi
2 tonitruū dñi conto pcutiētis: Ue qui cōiungitis domū ad domū. Isa. v. Detestor ego superbiā Jacob z dom⁹ eius odi. Amos. vi. Magna p/uersitas amare q̄ deus odit. Et Amos. iij. Percutiā domū hiemalē cū domo estiua. z peribunt eburnee domus z dissipabūtur edes multe.

E ¶ Tertia nola est: edificare magna. Magnas domus z si nō multas edificant quidā z neq; hoc ex antiquis sapientibus ortū est sed a stultis.
1 Antiq; em̄ p̄decessores: si Juuenali credit in arboribz habitabant optima tpa ducentes sine defectu. Et Romulus q̄uis totā extruxerit Ro-
2 mā: in parua tn̄ habitauerat domo: vt ait Ouidius primo lib. fastorū.
3 Sic Romani antiqui in casulis autores Romani imperij. Sed q̄d hec recenseo extraneos adducens: cū de Christianorū familia nō desint infinita exempla habitantiū in arboribz speluncis: z petris z montib quorū dignus nō erat mundus: vt ait Paulus. Et de quodā heremita legit: qui habebat hospitiū admodū sui sepulchri: cum imperator interrogasset eū: cur hospitiū cōmensurasset corpori suo: Respondit. sufficit hoc homini moriturō. Sic preueni sepulchrum. z addidit idem: Melius prosilitur de tugurio in celum q̄z de palatio.

¶ Quarta nola est: edificare sumptuose. Nō edificas multa nec ma-

gna sed mediocria. q̄ edificas nimis p̄cioſe ⁊ sumptuoſe edificas: ideo nola hac insigniris. Fleuit stulticiā hanc sumptuositatis btūs Paulus primus heremita: siquidē visitat⁹ ab Antbonio quesiuit: an adhuc Christiana religio ritus gentium in edificijs sumptuosis imitaret. Et audito q̄ sic flens deplanxit hanc superfluitatē: ꝙquestus homines tante vanitati dediros: cū Christianoꝝ deberet esse coarctatio dicentiū: Non habemus hic manentē ciuitatē: sed futurā inquiremus. Mira fatuitas cū vita hois breuior nunc sit q̄z antiquorū: ipsi tamen magis sumptuosas domus volūt habere q̄z antiq̄ habuerint. Ipsi ſm Hieronymū sic edificant: quasi semper victuri sint: Sic autē comedunt ⁊ bibunt: quasi cras morituri dicētes. Comedam⁹ ⁊ bibamus: cras eſſi moriemur. Nō sic Abraam: non sic Isaac ⁊ Jacob: sed in casulis vilibus habitabant. Fide (inquit Ap̄l's: He. xi) Abraam demorat⁹ est in terra repromissionis tanq̄z in aliena: in casulis habitando cū Isaac ⁊ Jacob: ⁊ coheredibus repmissionis eiusdē: expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex ⁊ ꝓditor est deus.

¶ Quinta nola est: edificare edelectabilia. Vis delectet te habitatio domus tue q̄ ad sensum tactus ⁊ visus: oia depicta intus ⁊ foris: turpibus ⁊ allectiuis imaginib⁹. Sed ⁊ arma p̄ vanitate ostentanda: porro in tactu: balnea: varia estuaria ⁊c. ⁊ alia suauia oia ad manū ⁊ in prompto vt sient: fons canalib⁹ in coquinā dirigit: ⁊ alia sexcēta talia mollia. Sed nūquid ⁊ hec stulticia est: vtiq̄. Quid stultius q̄z pulchrū stabulum: scz habitaculū corpis habere velle: et de domo conscientie in quibus de⁹ ⁊ aīa tua debēt habitare nihil curare? Corporis dom⁹ ornata est ⁊ pulchra p̄ corpore. Ceterū ꝙscientia neglecta inde ibi manere non potes: nullibi peius ⁊ asperius sedet q̄z in sua ꝙscientia ibi pungit. Inde est q̄ secū manere nō potest. Signū cōpositi animi est secū posse cōsistere ait Seneca. Inde euagationes ille ad exteriora: ad ludos: ad spectacula: ad garrulatiōes: curiositates: ⁊ cetera oblectamina sensuū: q̄ animus secū in cōscientia manere non pōt: domo sua turpi: spinosa vitijs ⁊ pctis que eū pungunt ⁊ remordent. Fac purga te o frater: mūda ꝙscientiā: orna eā ꝓfessione ⁊ ornabit eam dñs gratia sua ⁊ virtutibus. Attamen si feror nō ois ablatus fuerit nihil mireris: hec sunt reliquie peccatorū: que cū gratia stare possunt: neq̄z mox expurgant: sed indies p exercitia cōtinua virtutum. Vides si in stubella aliqua quantūcunq̄z pulchra aliquādiu reseruata fuerint ea que ad culinā spectant: feror inde cōtractus non cito inde extrudit: manet per annū aut tres quousq̄z tandē euanet: sic ⁊ hic. Nō ergo terrearis: si post penitentiā tenteris. Noli igit frater esse stultus vt in via hic pulchras domos corpori edifices: ⁊ aie domū hic ⁊ alibi negligas in patria: ⁊ lapides omnes pulchros efficies perituros: pauperes autē lapides celestis Hierusalem pallidos: deformes ⁊ tenues esse p̄mittas. Nolas has tres de multitudine: magnitudine ⁊ delectabilitate quatit singularit ⁊ simul dñs per Hieremiā. cap.

xrij. Ve qui dicit edificabo mihi domū latam ⁊ cenacula spaciosa. ecce magnitudo nola vna. Qui aperit tibi fenestras. alia nola delectabilitatis. Et facit laquearia cedrina: ecce nolā sumptuositatis. Pingit⁹ sy nopide: iterū delectabilitatis nola. Est Sytopis color rubeus inuentus in Synopide ciuitate Ponti: vnde ⁊ nomen sumpsit color ille.

1 ¶ Sexta nola est edificare cum aliorum iniuria (Mit ander leūt vnbillichem schaden) rapiendo vel retinēdo. Sunt qui de rapina ⁊ alijs iniuste acquisitis edificant: non euadent tales fatui maledictionem dei ⁊ hominum. O (dicunt homines quos defraudauit) de meis pecunijs hoc edificauit: maledicatur. Sed ⁊ a deo maledicentur: ad illorū lapidum ⁊ aliorum que in hmoi edificijs ponuntur accusationem in nouissimo iudicio: qui contra eos clamabunt. Accusabunt siquidem domū domus apud deū. Abacuc. ij. Lapis de pariete clamabit: lapis qui
2 inter iuncturas est respondebit. Sed ais: absit vt de rapinis aliorum edificem: nō habeo nolam: de meis enim edifico bonis iuste acquisitis.
Ꝟ Sed vide frater q̄ iuste retentis: ⁊ in edificando non in pascendo pauperes expositis. vide ne iniuriam facias pauperi: quāuis non rapiendo vt edifices: tamen retinendo quod pauperi debes. Sunt plane qui in
3 his lapidibus pecuniā effundunt: qui cum terra ⁊ secula transituri sunt sed nō in viuis lapidibus qui voluuntur super terram: ex quibus magni regis ciuitas extruitur. Et vtiq; etiam hi nolā banc habent. Ut q̄ contus grauissimus diuine sententie ⁊ vltionis ptutiet. Ue (clamat dominus per prophetam Hieremiam vbi supra) qui edificat domum suam in iniustitia: scilicet siue rapiendo siue retinendo.

¶ Septima nola est: edificare intentione mala: fit hoc q̄nq; non ad necessitatem: sed ad vanitatem. Ipsi sunt qui mirum i modum in talibus
4 gloriantur edificijs eadem ostentant: ⁊ si quis extraneus introierit eū circūducunt: ⁊ omnes angulos ei demonstrant: putantes se inde gloriā magnam ꝓsecutum iri ⁊ reputari. Et que queso maior fatuitas: q̄ de tali edificio gloriari: tam paruo ⁊ tam cito perituro? O sed diu durabit inquies. Esto: non tamē concesso: tu tamen non diu durabis. Itaq; te pereunte tibi peribit etiā si mille duraret annis. Sed res est non parua de qua glorior vt tu asseris. magnifica domus est edificium eximiū Audi non me (frater) sed Senecā. Si magnū sit an paruum domus (inquit) munimentū sit aduersus infesta corpori: banc vtrū sepes ererit: an varius lapis gentis aliene nihil interest. Scitote homines tam bene culmo q̄ auro tegi: ꝓtemnite cetera que superuacuus labor velut ornamentum ⁊ decus ponit. mementote nihil ꝓter animū esse mirabi
5 le: cui magno nihil est magnū. Hec Seneca. Vere parui animi est de talibus temporalibus gloriari ⁊ estimare ea magna. Induc magnitudinem ⁊ contēne talia. Nolite pueri effici sensibus: qui ostentant pira aut poma. Similes vtiq; eis sunt qui ostentant edificia vestes: fodera turas inuertendo: quasi ex his visis ipsi debeant reputari: signum inq̄

est animi parui. Ostentabant discipuli Christo feria tertia post Pal- 2
marū lapides templi dicentes. Magister ecce quales lapides ꝛ qualis
structura quasi magnū. Sed conpescuit eos dñs ea floccifaciens: vide-
tis lapides ꝛ structuram: dico vobis quia non relinquetur lapis super
lapidem. Ecce peritura et parua ea ostendit fore reputanda. Nabucho-
donosor gloriabat de edificata Babilone. Nonne (inquit) hec est Ba-
bilon ciuitas magna: quam ego edificaui in domū regni: in robore for-
titudinis mee ꝛ in gloria decoris mei? Sed quid sequebat hāc gloriā?
maxima ignominia: quia transiatum fuit ab eo regnum: ꝛ factus ipse vt
bestia. Dañ. iiij. Nemroth turrim edificare nitebatur ad celum vsq; ꝛ
nomen suū voluit magnificare: sed confusio sequebat. vnde Babel ap-
pellatum fuit. Gen. x. ꝛ xi. Non sic nos non sic: non in terris: sed in ce-
lis edificare nitamur. Que sursum q̄rite: que sursum sunt sapite: nō que
super terram ait Apls: peregrini sumus in hoc mundo ꝛ in militia ꝑsti-
tuti super terram: non edificemus nobis domos ad inhabitandum: sed
tabernacula ad deferendū vt pote cito euocandi ꝛ migraturi in patriā ꝛ
ciuitatem: in castris quippe sumus: in alieno militam⁹: in alieno labo-
ramus. Sed ais: recte suades: bene dicis: sed cur vos spirituales talia R.
etiam primi non facitis? Ecce domus vestre excrucre sunt in alta ꝛ qua 1
si palatia: ecclesie autem ruinam minantur ꝛ per tecta pluuie instillant. 2
Sed ꝛ religiosi muros erigunt: mores negligunt. Sunt celle eorum 3
quasi paradisus quedā modica ornate. Putabam ego quia circa in- 4
teriora deberent esse ita occupati: vt exteriora prorsus negligerent: ꝛ in
celi aspectu potius delectari q̄rere deberent: in opere manuum dei q̄ in
operibus manuū hominū. Sic ne beatus Benedictus: btūs Augu- 5
stinus: Franciscus: ꝛ Dominicus: cellas ꝛ monasteria habuerūt? Pu-
tabam ego quia regula phiberet talia: Bonum exemplum alīs debe- 6
bant dare: vt cauerent a superfluitatibus. Mortui sunt seculo: ꝛ quo- 7
modo nō instar sepulchrorū sunt eorū habitatiōes? Quid ad hec dicis?
Nescio plane q̄d dicam. Scio q; de sctō Bernardo legit: q; ipse fleuerit
cū videret tuguria pastorū tecta culmo: similia casulis pristinis Cister
cien. qui tūc incipiebant habitare in magnis edificijs. Nihil igitur dico
nisi q; omnia collegia ꝛ monasteria viroꝝ ꝛ mulierū laicorum ꝛ cleri-
corum: nobiliū ꝛ ignobiliū: omnes status ꝛ persone oim denicq; hoim
plena sunt nolarum fatuorū (Hangen vol narren schellen) a planta pe-
dis vsq; ad verticem capitis: ꝛ per omnia verū est verbū thematis ppo-
sitū. Stultorū infinitus est nūerus. Rogemus igit dñm: vt nostri mise-
reatur: ꝛ stultitias has cum alīs a cordibus nostris expellat; ꝛ nobis
spiritū sapientie infundat; qui est bñdictus in secula seculoꝝ. Amen.

Dominica tertia quadragesime Oculi. xviij. Martij.

Stultorꝝ infinitus est nūerus. Eccs. i. Hinc Euangelio

Decimasexta turba stultoꝝ: potatoꝝ ⁊ gulosoꝝ: Prasser: füller: füll narren. Cognoscuntur hi nolis multis.

¶ Prima nola est hebetudo sensus circa intelligentiã. Fac ii crapula multos ascẽdere fumos de cibis: caput ꝑturbantes. q̃ fit vt a ci es rationis ꝑturbet̃. Hierony. Nihil adeo obruit intelligentiã: sicut co/ messatio ⁊ ebrietas. Sicut luxurie filia est cecitas: ⁊ appellant̃ stulti: si gule filia hebetudo: q̃ minor est. ideo appellant̃ pueri: Er ist ein kindt.

¶ Secunda nola est inepta letitia. Sopito gubernaculo rationis ant ma deordinatur in appetitu per varias passiones: ire: tristitie ⁊ auaritie spei ⁊ timoris. ⁊ scd̃m hoc diuersimode passionant̃ ebrij: iuxta versus.

Bis sex credatis sunt species ebrietatis. In multis primus sapiēs est: alter opim⁹. Tertius grande vocat: quart⁹ sua crimina plorat. Quintus luxuriat: sextus ꝑ numina iurat. Septimus incendit: octauus singula vendit. Nonus nil celat qđ clam scit esse reuelat: Scamnū denus amat: vndenus turpia clamat. Cū fuerit plenus vomitū facit duodenus. Et hec oīa ꝓpter defectū gubernaculi rationis. Nam sopito nauclero: nauis ad flatū venti ⁊ aque mouet̄ sine ordine: Secundū variam tamen qualitatē nauis nō equaliter oēs. Sic ebrij iuxta diuersas complexiones ⁊ habitus acquisitos diuersimode deordinant̄ in affectu: ergo vnus ridet alius flet: hic irascitur: alius est lete mentis: ponit̄ tn̄ pro his oibus vna nola: scilicet leticia mentis: qꝛ oēs alie inordinate passiones ad letitiam ⁊ tristitiā ordinantur: vt dicitur. ij. Ethicorum.

¶ Tertia nola est: multiloquiū loquacitas. Etiā in verbo ⁊ lingua accidit inordinatio. Inde est ꝙ diues in lingua punitus legitur: quia crapulam sequitur loquacitas. Et ideo ſm Hugonem necesse est vt quis sit inter epulas in lingua bene custoditus. M

¶ Quarta nola est: scurrilitas que a stultis curialitas dicitur. i. iocularitas q̄ risum mouere solet: plane ꝓuenit ⁊ hec ex defectu rationis que sicut non potest cohibere verba: ita nō potest cohibere exteriores gestus Vide si placet Athanasium Ephe. v.

¶ Quinta nola est: īmunditia inordinata emissione suꝑfluitatū quarūcūq; vel specialiter quantū ad emissionē seminis: sicut exponit Glo. Ephe. v. Plane nō solū in aīa sed ⁊ in corpore deordinationes propter rationis absentiā ꝯtingunt ructuatiōes: vomitus ⁊ ceteri fetores. Has quinq; nolas emi in officina beati Gregorij. Moral'. xxxi. ⁊ eas tersas ⁊ splendidas a beato Thoma. ij. ij. effectas recepi.

¶ Sexta nola est comedere p̄prope. sunt q̄ mane añ debitā horā prādij manducāt sine necessitate infirmitatis vl' laboris: aut itinerationis: aut alterius legitime cause. Jonathas ꝓpter hoc fere perijsse legitur.

¶ Septima nola est: nimis frequenter sumere cibū. Sufficit homini sano sumere bis in die cibum: frequentior est nocitura corpori.

Qui semel est deus est: bis homo: sed bestia qui ter.

Est demon quater: qui quinquies est sua mater.

¶ Octaua nola est: nimis delicata q̄rere. Filij Israel carnib⁹ ⁊ epulo epulabant̄ splendide. Palatū tuum excitet fames non sapores. Hugo. Sūt nāq; quidā quoꝝ fauces satis ridicula infirmitate egrotant: qui nisi pinguia ⁊ delicata deglutire nō possunt: sed qñ eis parci ac frugales cibi oblati fuerint: statim aut indigestionē stomachi aut pectoꝝ siccitatē: aut horripilationē capitis aut si q̄ sunt talia ad excusandas excusatiōes p̄tendūt. Magna fatuitas in vas corruptū meliora infundere. N

¶ Nona nola est: insolita et inconsueta rara nouaq; requirere. Sunt qui delicias ⁊ luxum ciborum magna constantia aspernant̄: sed ab eis iterum non minori aut tolerabiliori petulantia cōmuniū ciborū vsus

omnino respuitur: noua quidem insolita ciborũ genera exquirunt

¶ Decima nola est: preciosa vel sumptuosa requirere. Non habendo etiã respectũ ad hoc ꝙ sint magis saporosa. non longe abest Eleopatra: que margaritã p̃ciosissimã in conuiuio absumpsit: vtiq; non sapidam.

¶ Undecima nola est: diuersis ferculis vti intuitu delectationis non propter statum vt reges ⁊ infirmi: sed nõ sine damno. Sicut em̃ aliqua sunt que diuisa placent: coniuncta abominabilia sunt. sic ⁊ coniunctio ciborum nature abominabilis.

¶ Duodecima nola est: nimis studiose p̃parare cibos: etiã nõ p̃ciosos quẽadmodũ filij. Heli. i. Reg. ij. Hi ꝯ morẽ aĩaliũ: añ cibũ ruminãt. ideo dicit̃ epulas ruminat: qui ad explendã gulã vespere delitias preparat: ait Isidorus. Sũt qui (ait Hugo) supstitiosũ nimis in p̃parandis cibis studiũ adhibẽt: infinita decoctionũ ⁊ frixurarũ ⁊ ꝯdimentoꝝ genera excogitãtes: mõ mollia: modo dura: mõ frigida: mõ calida: mõ cocta: mõ assa: mõ pipere: modo allio: mõ cimino: mõ sale condita: ſm ꝯsuetudinẽ p̃gnantiũ mulierũ desiderãtes. Hi ꝓfecto nõ sosũ arguendi sed etiã deridẽdi sunt: q̃ quasi caupones ad oẽm clepsedrã eliciendi gustus gartia palatũ extendunt. Scdm illud scti Bernardi in apologia sua dicẽtis. Quis em̃ dicere sufficit quot modis (vt cetera taceam) sola oua versant̃ ⁊ vexant̃ quãto studio euertunt̃: subuertũt̃: liquant̃: durant̃ diminuunt̃. ⁊ nũc quidẽ frixa: nũc assa: nũc farsa: nũc mixtim: nũc singulatim apponunt̃: vt quid aũt hec oĩa: nisi vt soli fastidio ꝯsulatur rẽ.

¶ Tredecima nola est: supflua cõmedere supra necessitatẽ: vt Sodomite Ezech. xvi. Sed sentiunt fatui hi penã. Hiero. em̃ ait. Pluuia illa optima est que sensim descẽdit: subitus autem ⁊ nimis preceps imber arua subuertit. Similiter nimius cibus nocet.

¶ Decimaquarta nola est: nimis auide ⁊ ardenter comedere. Sicut Esau lenticulã. Signũ auiditatis est: tremor manuũ: ciphũ ⁊ bolum tenentiũ: effusio vultus exterioris super cibaria cũ toruis oculis: quam comitat̃ effusio vultus interioris sup̃ escam: que est: quando sic animꝰ ad cibũ ardore trahitur: vt aliquid cogitare non sinatur.

¶ Decimaquinta nola est: inordinatio in scindendo panẽ masticando cibum ⁊ sumendo: etiã ad sanitatẽ corporis: quanto cibus honestius ⁊ ordinatius ingeritur: tanto facilius ⁊ salubrius digeritur.

¶ Decimasexta nola est: brachia erigere (Guot bossen triben) sunt qui cũ ad edendum ꝯsiderint inquieta q̃dam agitatione ⁊ cõfusione mẽbrorũ: intẽperantiã anĩ sui designãt: caput excutiunt: brachia erigunt: manus in altũ expandunt: ⁊ nõ sine magna turpitudine: q̃si totũ epulũ sint absorpturi: ingentes quosdã conatus ⁊ gestus indecoros ostendunt.

¶ Decimaseptima nola est: oculis ⁊ manib; circũcurrere. sunt qui in vno loco sedentes oculis et manib; que ꝓpe ⁊ q̃ longe oĩa circũcurrunt: sil̃ panes cõminuũt: vina in calices ⁊ pateras effundũt discos: in girum circumducunt: ⁊ velut rex super obsessam ciuitatem assultum facturus

dubitant vbi primũ expugnationem aggrediantur dum simul in omni parte irruptionem facere concupiscunt.

¶ Decimaoctaua nola ē: Curiose q̄ ī mēsa sūt inspicere. Nō decet (ibi p̄cipue) vt impudēter ea q̄ apd̄ alios agunt̄ circūlustrādo aliq̄s ꝓspiciat sz vt poti⁹ pudice demissis luminibꝫ: ea tm̄ q̄ sibi apposita sint attendat. P

¶ Decima nola est: mēsam fedare. Quidā inter comedendū dū scutellas exornare volunt: quadrata ferculoꝝ frusta adipē siue saginā suprorata distillantia mensalibꝫ inuoluūt: aut supinij ciunt donec iteꝝ euisceratis interioribus ea que remorserant in pristinū locū reponant.

¶ Uicesima nola est: Digitos poculis īmergere. Sunt alij qui bibendo mediotenus digitos poculis īmergunt.

¶ Uicesimaprima nola est: Unctas manus ad vestimenta sua detergere. ⁊ rursus ad cibaria tractanda redire.

¶ Uicesimasecunda nola est: Piscari in scutella: alij sunt qui nudis articulis: coclearis vice olera sua piscantur: ita vt in eodem iure ⁊ manus ablutionem: ⁊ venter refectionem querere videantur.

¶ Uicesimatertia nola est: Morsellū cibarijs īmittere. Sunt qui semicorrosas crustas: ⁊ p̄morsas colliridas cibarijs iterando infigunt ⁊ reliquias dentium suoꝝ offas facturi in poculis dimergunt.

¶ Uicesimaquarta nola est: Digitos inter sumendū cibū ori ꝓfun[illegible] īmergere ⁊ cibū ori q̄si farcimen esset faciendū certatim ingerere.

¶ Uicesimaquinta nola est: Panem ore interere (Mit dem mul inbrocken) quasi os vicem cultri gerat.

¶ Uicesimasexta nola est: Panē ore acuere. cū ouū veniet edendum. Sunt q̄ priusq̄ intingant scissum panē ouo dentibꝫ eum p̄acuant.

¶ Uicesimaseptima nola est: Cū crepitu vitri aut poculi bibere (Es muoß rissen das das glaß kracht) Mentior si non ex eis qui erant arctissime religionis ꝓfessores audierim hunc dū biberint fieri crepitum. Q

¶ Uicesimaoctaua nola est bibere cum lachrymarum effusione.

¶ Uicesimanona nola est: Bibere vt inde ex angulis oris ꝑ barbam defluat vsq̄ in oram vestimenti eius.

¶ Trigesima nola est: Bibere cū suspirio: ⁊ quasi defectu anhelitus.

¶ He sunt fratres alie nole: quibꝫ fatui hui⁹ generis possunt dinosci: quas labore nō paruo emi ⁊ inq̄siui ex summa virtutū Lugdu. Hugone de sctō Uictore ⁊ alijs. Nō tn̄ ita quin sciā esse plures alias. Uerū ex his in noticiā alioꝝ facile poterit ꝑueniri: dū q̄s mores suos ⁊ suoꝝ diligenter ꝯsiderat. Sed nosse non sufficit: quin poti⁹ nitendū est stultitiā hāc exterminare: q̄ tanta mala (que recitaui) inferūt ebetudinē videlicet sensus: malas passiōes multas. sed ⁊ multiloquiū: garrulitatē ⁊ īmūdiciā. Equidē parū esset si hic sisteret̄. nimirū etiā nocet passim corpori et aīe fame ⁊ rebꝫ (Leib vnd sel eer vn̄ guot) Dic mihi q̄so ⁊ vn̄ est: ꝙ in tā opulēta ciuitate: ⁊ optimo loco sita tot pauꝑes ciues reperiunt̄: nō profecto aliūde q̄ꝫ ꝙ crapule ⁊ potatiōi indulgēt ī stubis quas prōptas ha

bent ad omnē voluptatem. Et quomodo inquis ex his patiunt̄ damna? Hoc mō qr absumūt lucra p̄terita: negligunt presentia ⁊ inpediunt
R futura. Preterita inquā lucra absumūt: ex ponere em̄ oportet plap. vnū aut denarios octo pro prandio quos prius lucratus est. porro die illo quo manet in cōuiuio ociosus: negligit denarios sex: aut. xij. domi: sed ⁊ famuli negligentiores sunt in opere. tandē impeditur ne crastina ita feruenter ⁊ libenter intendat labori sicut si pridie voluptati non intendisset. Nimirū ebrius factus cogit̄ mane serius surgere. Quid multa? est prouerbiū. Post multa festa nō succedit bon⁹ dies laboris. Tacco ꝙ vxor priuabitur alimonia cū tota familia. Inde ꝓuenit vt q̄ diuites sunt artifices depauperent̄: ⁊ qui pauperes sunt nunq̄ ditescant: ⁊ hec quidē corporis nocumenta. Q̄ detrimentū honoris ⁊ fame inde proueniat in patulo est: quemadmodū em̄ ebriosi infames fiunt ridiculū omniū: nemo est qui nesciat. Nam ⁊ oēs eū puerum appellant. Porro de aīe periculo dico qr illo neglecto ꝙ castigetur gastrimargia: frustra vita spūalis attentat̄: dicit̄ qr minimū bonū sit ieiuntū. Esto tñ maxime necessariū. Sicut facere ignem minimū est in arte coquendi: ⁊ tamen maxime necessariū. nisi em̄ hoc feceris: frustra ad coquendū te accinges. Tandē de corporis damnis: vides q̄ cito senescant: cecentur: titubent: paralisi ⁊ apoplexia percutiantur: surdastri efficiuntur. Verum de his omnib⁹ audi quid dicat in compendio beatus Augustinus. Ebrietas (inquit) aufert memoriā: dissipat sensum: ꝯfundit intellectū: conci[illegible]bidinem inuoluit linguam: corrumpit sanguinē oīa membra debilitat:
1 vitā diminuit ⁊ oēm salutem exterminat. ⁊ vere quidē. Quid em̄ Noe illū virū disciplinatū qui annis sexcentū pudenda sua nō legit̄ patefecis
2 se: ridiculū effecit filio suo Cham? plane vinū: id est ebrietas: Prassen.
S ait Hieronymus ad oceanū. Quid Loth: quem turpissima illa ⁊ a deo maledicta Sodoma ꝑuertere non potuit vt lubricus fieret: lubricū vt
3 filias cognosceret effecit? ebrietas: Prassen. Quid sanctissimo illi Joanni caput amputauit? ꝯuiuiū ⁊ ebrietas herodis ⁊ cōuiuarū. Quid
4 filios israel ad idololatriā ⁊ choreā añ vitulū induxit? Sedit populus
5 manducare ⁊ bibere et surrexerunt ludere. Quid tandem diuitem in infernū intrusit? quia bonus socius erat (Und dranck als ein gesell: darumb sitzt er in der hell) Excute ergo nolas o frater: ne ⁊ tu pereas: Et quomō? Unico cutello abscinde illas oēs. Et qd̄ est illud? hoc: vt finem ꝓpter quē manducare debes attendas: ⁊ fm exigentiā hui⁹ finis media modereris rōnabiliter. Et q̄s finis manducandi? vt viuere possis: ⁊ exercere opera debita pro dei gloria ⁊ salute anime tue: nō vt delecteris. Scd̄m hoc igitur tantū ⁊ totiens: ⁊ taliter comede quantū hic finis exigit. Si vltra citraq̄ feceris peccabis. Rogemus dñm.

Feria secunda post Oculi. xix. Martij.

Stultorum infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū.

Decima septima turba stulto⁹ est cõtemptores pauperũ (Helt narren) Sunt qui pauperes ꝓpter paupertatẽ cõtemnũt: diuites aũt magnificant. Dinoscunt aũt hi ꝑ septẽ nolas.

¶ Prima nola est pauperes non honorare: sed diuites. Nullũ honorẽ pauperib⁹: sed diuitib⁹ ꝓpter diuitias ꝑcise exhibẽt. Stulti vtiq⁹ nescientes debitã honoris causam: q̃ virtus est fm Aristotelẽ: non diuitie. O virtus inquam p⁹pria vel aliena: ideo honorantur p⁹lati propter virtutẽ dei ⁊ cõmunitatis: quo⁹ vicem gerunt. ⁊ domini parentes q⁹: q⁹ participiũ habent diuini dominij ⁊ paternitatis. et senes: quia signum

I

habent virtutis. ꝛ diuites: qꝫ potiorem locū habent in cōmunitate bis
2 respectibus licet honorare: non autem propter diuitias. Alias notanꝫ
ab apl'o Jacobo de personarū acceptione: dicit enim capitulo.ij. Noli
te fratres mei in personarū acceptione habere fidem domini nostri Je-
su Christi glorie: etenim si introierit in cōuentū vestrū vir aureū annulū
habens in veste candida: introibit autem ꝛ pauper in sordido habitu.
Et intendatis in eū qui indutus est veste preclara: ꝛ dixeritis ei: tu sede
hic bene. Pauperi autem dicatis: Tu sta illic: aut sede sub scabello pe-
dum meorum. Nōne iudicatis apud vosmetipsos: ꝛ facti estis iudices
3 cogitationū iniquarū? Vide Tho. in quodlibet. r. ar. rij. Hoc mirum
modum detestatur b. Hieronymus in transitu suo. Non (inquit suis
discipulis) plus diuitem honoretis ꝙꝫ pauperē: nisi melior sit: quinim-
mo (vt verius dicam) multo plus pauperem honoretis. relucet enim
in paupere imago Jesu Christi: in diuite autem mundi. Omnes nos
sumus ex vna carnis radice geniti: omnes inuicē sumus mēbra in vno
corpore cuiꝰ caput est Jesus Christus. Quid ergo plus honoris me-
ruit diues ꝛ potens ꝙꝫ pauper: forte quia diues est ꝛ potens. sed ſthoc:
quare diuitias in seculo detestamur? quare mundi gloriam premnendā
p̄dicamus? hec ille. Contrarium faciunt hi facti qui prehonorant diui-
tes. sed aliter erit in nouissimis: fiet eīm sicut de gallina ꝛ falcone quorū
vnus alteri in vita preponitur: post mortem econtrario.

U ¶ Secunda nola est: pauperibꝫ nō credere sed diuitibus. Ex [illegible]
1 tum prouerbium: quia diuites habent fidem in cista: tantū igitur cre-
2 dunt alicui quantū pecunie habet in pera. Testis est Jsidorus. Pau-
per dum non habet qō offerat non solum audiri contemnit: sed etiam con-
3 tra veritatem opprimitur. xi. q. iij. Pauper. Sed. ff. de testibus. l. iij. ꝛ
iij. q. iij. §. testiū. Inquirit de testiū paupertate. Lynus tamē in. l. si quis
ad. C. de epi. ꝛ cle. vult qꝫ probo ꝛ honesto pauperi plus credendū est
ꝙꝫ vsurario diuiti. Sed profecto parum de honestate curatur.

1 ¶ Tertia nola est: pauperes in consilium non vocare. pauperes foras.
Si hodie Salomon viueret ꝛ diues non esset: sed terror pauper qualis
2 erat sanctus Seuerus in senatū non reciperetur. Vulgo dicitur: mul
ta perit sapientia in vtero pauperis: quasi cerebrum habeant diuites in
3 pera: sicut lanij super peram. Non sic resp. Romanorū que diu pau-
peribus rusticis fuit recta. Sed ꝛ regna multa de pauperibus exorta:
vt in speculo tuo fatiorum. Et (vt Apuleius scribit) regnum Roma-
norum ex pastoribus ortum est: sanioza consilia deinde paupertas ad-
ministrauit ꝙꝫ diuitie. Docuit hoc ꝛ Curius Dentatus ꝛ Fabritius:
qui non pecuniam sed gloriam habere voluit: asserens Romanos non
pecuniam quesituros: sed quemadmodum pecuniam vincere possent.
Porro Aristoteles: Socrates: Homerus: ꝛ alij multi philosophi pau-
peres: iusti: docti.

1 ¶ Quarta nola est: pauperes nō inuitare: sed diuites. Sunt qui pau-

peres prorsus negligunt: penitus de eis curam agentes nullam: Diuites autem hebdomodatim in orbem inuitant conuiuia magna parãdo paupere ante ianuam clamante & algente. Non sic docuit dominus: cũ (inquit) facis prandium: noli vocare amicos tuos: neq; fratres tuos neq; cognatos: neq; vicinos: neq; diuites: ne forte & ipsi te reinuitent: & fiet tibi retributio. Sed cum facis conuiuium: voca pauperes: debiles: claudos: & cecos: & beatus eris: Quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Lucc. xiiij. Hoc tamen sane intelligendum est: vt Thomas in continuo: & Lyra dicunt. Si enim vocentur predicti propter charitatem nutriendam: meritorũ est. Si ad lasciuiam aut gulam exercendam: peccatum est. Si propter liberalitatem quandam seu vrbanitatem indifferens est. & potest bene fieri & male: prout ad finem vlteriorem ordinatur: qui potest esse bonꝰ vel malus. Vide continuum beati Thome: quod valde bonum est super hoc tertu. x 1 2 3

¶ Quinta nola est: pauperũ amicitiã declinare: sunt qui nõ querunt amicitias pauperũ sed solorũ diuitũ: multos amicos habent diuites sed paucos pauperes: amici diuitũ multi. Prouerb. xiiij. Nec mirũ qz sicut mala herba crescit in tritico: ita fieri amici cum diuitibꝫ & sicut ramusculi circa arborem. Quibꝫ comiter respondit quidam pauper famosus eõs: qui ex multis ad se venientibꝫ & dicentibꝫ se eius esse amicos & parentes requisiuisse fertur: cuiꝰ etatis essent: & ipsis veritatem suc etatis respondentibꝫ ait: Non potest esse q̃ sitis amici & parentes mei: & q̃ sitis tante etatis: qz heri nullũ habui amicũ vel parentem q̃ se talẽ ostendit: ergo amicus meus vel parens non põt esse nisi hõ vnius diei. Ad minus concludere potuit q̃ non erant amici hois: quia idem homo fuit ante q̃ & tũc: sed nõ habuit eandẽ fortunã: ergo amici fuerunt fortune: de quibus Prouer. xix. Diuitie addunt amicos plurimos. 4 5 6

¶ Sexta nola est: de sola paupertate querelã facere & de nullo alio. Sunt q̃ dicunt eis nihil aliud deesse nisi pecuniã: & hi ꝓculdubio fatui scõm Senecam: cum eis plusq̃ dicere possint deficiat: hoc precipue defecit sibi: qz non nouit q̃ plus ei deest q̃ nouit. O stulte nescis defectũ intellectus tui: qz plenus ignorantie & erroris: nescis curuitatẽ tui affectus & voluntatis in omne malum ꝓclivorum. Nescis te prorsus exortem omniũ gratiarũ & virtutũ: vbi timor tuus humilitas: mansuetudo: & charitas: & alie virtutes quorum omniũ pernicioſum habes defectum: & hec vt dixi maxime gestas: nõ cognoscere egestatem. Clama ne cesses ad dominum: Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte nequando dicat inimicus meus prevalui aduersus eum. Illustra faciem tuam super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas. Resipisce & noli adhuc esse stultus. 1 2 3

¶ Septima nola est: paupertatẽ in omnibꝫ odire & abominari. Sunt quibus paupertas omnia etiam optima facit insipida que de se alias 4

sunt sapidissima: instar musce: que escas quantumcunq; sapidas efficit
2 (si inciderit) nauseabiles. Sunt amabilia in hominibus pulchritudo:
fortitudo: sanitas: nobilitas corporis: ars: sapientia: ⁊ probitas animi:
Z vbi musca paupertatis affuerit: semouent̃ ⁊ vilipendunt̃. Prodit (exem
pli gratia) puella pulchra nobilis ⁊ proba: nubilis. si pauper mox ab ea
resilitur. Primũ quod querit̃ est de censu: de probitate nulla fit mentio
5 Sic de scientia arte ꝛc̃. Sed quid hec in mediũ produco? cum ⁊ eterna
sapientia Christus dñs: vt hodie in preambulis euangelij dictum est: ⁊
si laudatus ⁊ receptus esset a suis gentilibus Nazarenis. mox tamẽ vbi
paupertas eius ⁊ parentes venerant in mentẽ resilierunt: ⁊ scutellã hanc
plenã gratie ⁊ veritatis: ⁊ sapientie thesauro ꝓpter muscam paupertatis
semouerunt dicentes: Et nunq̃d hic est fabri filius? Sic deniq; legit̃ de
Romanis in eorum gestis: ꝙ viros magnificos deificare solebant. i. in
numero ascribere deoꝝ: qñ gentiles erant plures deos colentes. Hi er-
go audientes de Christi miraculorũ fama: in concilio ipsorũ disputan-
tes tractabant: vtrũ in numero esset ponendus deoꝝ. ⁊ diffinitũ fuit ꝙ
nõ: quia nõ haberet in posterũ cultores eo ꝙ paupertatẽ p̃dicauit: quã
vnus quisq; naturaliter fugit: hoc determinauerunt ignorantes ipsum
deũ ⁊ dñm. de quo ꝓphetatũ fuit Zach. ix. Iste pauper ⁊ ascendens sup
asinũ: qui est in vnũ diues ⁊ pauper: ⁊ ideo cultores suos habebit quos
⁊ ditare põt. qꝛ facile est in oculis dei subito honestare pauperẽ. Ecc̃i.
xi. Verũ alia causa assignat̃ de nõ assumendo Christũ in num[illegible]
illa videlicet: qꝛ primũ de hoc nõ ad totũ senatũ: sed ad Imperatorẽ re-
latio facta fuit. Sic sic igitur paupertas ⁊ pauperes ꝯtemptibiles sunt
ab his fatuis: qui pecuniã virtuti preferunt. Noli frater facere hanc stul
1 titiam: resipisce ⁊ sanioris efficieris animi. Noli ꝯtemnere quos deus
eterna sapientia: optimus rerũ estimator tanti facit. Dubium ante ei⁹
aduentũ esse potuit si bona foret paupertas. sed ipse dubiũ decidit: ipsi
A cui merito credendũ est. Equidẽ ipsam bonã esse verbo docuit: ⁊ opere
ostendit. Pauper natus in stabulo: pannis inuolutus: de matre paupe:
in paupertate viuens: non habens vbi caput suũ reclinaret: in paupꝛtate
2 moriens: in alieno sepulchro sepultus: Propter pauperes in hũc mun
3 dũ venit euangelisare pauperib⁹. Pauperes in principio doctrine sue
beatos predicauit: diuites infelices: miseros: beati pauperes: ve vobis
4 diuitibus. Mat. v. Luce. vi. Sũma sapientia Christus Jesus pau-
5 peres sua mensa iudicat dignos. Luce. xiij. Et tu adhuc o stulticia eos
6 ꝯtemnis? Dic mihi quos elegit: nonne pauperes? Jacob. ij. Quos in
socios assumpsit? plane societatem pauperum preelegit deus in mun-
do isto societati diuitum. Luce. xiiij. Omnis qui non renunciauerit
7 omnibus que possidet non potest esse meus discipulus. Noli pauperẽ
despicere super quem specialiter deus habet respectũ: quoꝝ semper est
memor. Psal. Non in finem obliuio erit pauperis quorũ solicitus est.
Ego autem mendicus sum ⁊ pauper: dñs solicitus est mei. Nimirum

preter scientiam eorum pro eis vigilat ⁊ solicitus est. Fertur de quodā
paupere ciuitatis Carnotensis in Francia: quia omni die de lucro vel
de elemosyna solebat vnum obulum vltar diei expensas sibi reseruare:
pro quo singulis noctibus in quodam loco hospitiū conducebat. Ce-
terum cum quadam nocte obulum non haberet: renuit eum hospita col
ligere. Eadem autem nocte accidit totam domū cum existentibus in ea
igne concremari: quod hic pauper crastina videns manibus ⁊ oculis in
celum leuatis: gratias deo agebat dicens: Benedictus deus qui me
custodiuit ab obulo: quem si habuissem perijssem. Est verisimile ꝙ in
vespere quia obulum non habuit murmurauerit. At vbi vidit dei in se
solicitam curam ⁊ prouidentiam gratias egit. Et tu o pauper noli mur B
murare contra deum propter paupertatē: cogita quia si haberes diui-
tias incendio nō hui⁹ temporalis sed infernalis ignis perires. Tu aūt
habens obulos ⁊ aureos: time ne eorundē occasione omnino maneas
in diuersorio hui⁹ seculi per affectum: ⁊ tandem igne pereas: ⁊ noli eos
contemnere qui tales obulos non habent: quia non eo minores sunt in
conspectu dei: quia obulis carent. Scito quia aliud eis est refugium 8
⁊ spes. Factus est dominus (non denarius) refugiū pauperi: ait Psal.
Ipse eorum spes: spes cui innituntur: dum tu inniteris baculo arūdi-
neo diuitiarum ⁊ amicorum: quo fracto transfigunt te. Noli contem- 9
nere illos quibus regnum celorum tribuitur nedum ad possidendum:
[illegible]iam ad alijs dandum. Facite vobis amicos ⁊c. in eterna taberna
cula. Ipsos scilicet de quib⁹ specialiter requiret in iudicio. Matthei 10
xxv. de illis queret quemadmodum tractati sint in cibo: potu: ⁊ alijs.
Immo quibus deus iudicicium ipsum tribuit. Vos qui secuti estis 11
me sedebitis super sedes duodecim iudicantes. xij. tribus Israel. Illi
qui iam iniuste iudicantur premuntur ⁊ affliguntur a potentibus: du-
rissimo iudicio iudicabunt suos iudices. Illos noli contemnere quos 12
deus proprio nomine vocat ⁊ agnoscit: dum diuites ignominiosos nō
nominat. Luce. xvi. de Lazaro. Quosq; ab angelis honorabiliter ad 13
locum quietis deportare facit: ibidem. Factum est vt moreretur men-
dicus ⁊c. Et vt vno verbo concludam ⁊ dicam: tanta est dilectio dei ad 14
pauperes: vt quod fit pauperi sibi reputat fieri. Matthei. xxv. Quod
vni ex minimis meis fecistis ⁊c. Ve vobis diuitib⁹: qui cōtemnitis eos
quos sic magnificauit dn̄s: sed ⁊ ve ve tibi o pauper si eum non amas
qui tm̄ te amat: qui tot signa amoris tibi ostendit. Redama o pauper L
amatorem tuum: ⁊ ob honorem eius patienter paupertatem tuam to-
lera: ⁊ in virtutib⁹ ducem tuum: regem tuum pauperem imitare: quate
nus ⁊ cū ipso futurus sis in gloria: qui hic in ignominia ei similis fa-
ctus es: quod prestet nobis pater ⁊c.

Feria tertia post Oculi. xx. Martij.

Stultorū infinitus est numerus. Eccl̄s. i. Euāgeliū

Decima octaua turba stultorꝝ bifurcatorū (Babel narren) qui nituntur duobus dñis seruire. Dinoscunt aūt tribus nolis.

¶ Prima est: deo ⁊ mūdo velle seruire. Sunt qui vtraq; manu saltare volunt: ad deum ⁊ mundū manus extendentes; cuilibet tempori suū tempus (vt aiunt) adaptare volentes: que sunt mūdi facūt in nundinis ante carnisprium: que dei sunt facūt in quadragesima ⁊ vigilijs natiuitatis christi ⁊c. ergo Babel narren. Impossibile est o fatue quod niteris: breue pallium est: vtrūq; operire non potest: ⁊ stratū angustum vtrūq; capere nō potest: deū ⁊ mundū: sub quo comprehēdo ⁊ carnem cū diabolo. Dicit dñs: Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo.

Et tu quomodo partem dabis diabolo siue mundo? si mundo seruis:
nō toto corde deo seruire poteris. vnde et clamat dñs: Nemo potest ser
uire duobus dominis. Non potestis seruire deo et māmone. Usq; quo D
claudicatis in duas partes? Si dñs est deus sequimini eum: si aūt Ba
al sequimini illū. iij. Regum. xviij. Ut quid tam misere te discerpis? 2
Trahit te horsum sinderisis (Dein angeborne erberkeit) Ratio: q̄ de/
precatur ad optima: et fides. Aliorsum trahit te sensualitas: caro: vani
tas: sathanas. Mirum q̄ non rumperis miser sic distractus: miserere
saltem anime tue (iuxta cōsiliū Eccī. iij) super hac miseria: immo et cor/
poris tui. quia sepe anime miseria etiā in corpus vsq; redundat. Ecce
peris totus: et neq; mundus neq; deus te consolat: neutro frueris. acci
dit tibi qđ asino habenti plures dños: quē quilibet pascere debebat in
die vicis sue: quo eius opera vtebat. Sic em̄ fingit tres fratres cōduxis
se: porro primus eo vtens ipsum onerabat: nō pascendo: cogitās quia
frater sequens eū pasturus foret: ieiunū ergo transmisit ad secundū: q̄
cogitās q2 a fratre pastus esset: neq; eundē pauit. et ad tertiū similiter ie
iunū misit: qđ et tertius similiter fecit. et ita tandē asinus inter tot dños
quib⁹ seruiuerat periit. Sic plane tibi accidet: vt neq; a deo neq; a mū/
do consolationē accipias: et ergo miserere anime tue. Et quid faciam?
Contine et cōgrega cor tuū: et dirige in vnū dñm: cōgrega cogitatiōes 3
in deū vt fem̄a galline pullos i olla: et ante te cōgregabit vniuersus or/
bis sicut ante benedictū. vt b. Gregorius in fine dialogi scribit. Cōsentiāt
vires tue i vnū: fm̄ cuāgeliū bodiernū. Si duo ex vobis cōsenserint rē
Elige nouū dñm: nouū seruitiū. Recede ab antiq̄: vbi pessimā mercedē
durissimū seruitiū habuisti. Quid q̄so est qđ inde habuisti? Delectatio
nes: voluptates. Sed nūq̄d puras: et nō felle pmixtas: vt plus fellis ha
berēt q̄ mellis? Sed q̄d mō habes? Cōscientiā lesam: remorsum ciusdē
reatū pene eterne: dei iram: damnū tpis pditi: et qđ adhuc manet et te ex
pectat durissimū est: dānatio eterna. Diu satis supq; mūdo seruiuisti: E
saltē attenta aliquāto tpe deo seruire: multa attentasti: si nō charitas in
stiget te saltē curiositas: vt nouū seruitiū attētes. O sed nō diu manerē
in seruitio: mox appellarē: satius est nō incipere q̄ relabi. Audi consiliū
meū salubre: et docebo te quēadmodū diu in eodē seruitio pmanere pos
sis. Mane cū surrexeris ppone firmiter: et deo voue et iura erectis dīgi
tis q̄ illo die in eā domū ire nō velis in quo frequenter in peccata cecī
disti. Verbi gratia: si illic est persona quā turpiter amas: et sic obserua.
crastino mane itidem facito et seruato. Sic de ludo: q̄ illo die ludere
non velis. Et vt minus preuariceris: fac hoc iuramentū vel votum in
conspectu alicuius persone: vt etiā si preuaricando deum offendere non
timeres: saltem hominē conscium tui iuramēti verearis. Sic facito de
alijs vitijs: puto fractione ieiunij: q̄ illo die frangere non velis. Simili
ter fac diebus sequētibus. Placuit aūt vt singulis diebus solū voueas
aut bebdomadis: nec placet vt indiscrete voueas: ideo breue tempus

tibi statui. Sic plane sine periculo erit: quia si altero die iurare nō placuerit: poteris omittere. ⁊ si penituerit te iurasse: patere solum hac vna die: in qua patientiā habeto. Et vnde hec doctrina? Ex psalmista: qui ait: Jurauī ⁊ statui custodire iudicia iustitie tue. Psalmo. cxviij. in De fecit ad sextam.

¶ Secunda nola est: vni dño deo diffozmitre (vngleich) seruire. Lasualiter quidā deo seruire volunt (ongferd) hodie se in isto: cras in alio exercentes: fluidi ⁊ vagabundi omnia arriptētes: ⁊ in nullo proficiētes: omnia tentantes ⁊ in nullo se cōsummantes: fortuite omnia prout occurrunt agentes: cū de nullo in corde se disposuerint: nec sint de aliquo deliberati. Ecce primū cornu (zincken) illius furce. Noli fatuitatē hanc facere: sed omnia facias scōm quod in corde disposuisti: ad hoc omnia opera ⁊ exercitia dirigas: vt illo modo perficias: ⁊ ad exemplar quod in corde posuisti consumes. Omnia (inquit dñs Moysi) facito ad exēplar quod tibi monstratū est in monte. Tu aūt omnia stude efficere scm exemplar: qō discrete in corde disposuisti. Et quod est illud exemplar? quomodo pingendū? Hoc modo vt aliquē modū ⁊ exercitia p discretā ⁊ diligentē tui ⁊ alioz discussionē arripias: ⁊ cordi tuo fortiter infigas ⁊ imprimas: ⁊ illū postea frequētes. Si artifex nō prius i corde suo formā ⁊ dispositionē domus quā edificaturus est disposuerit: fabricās domū typicā: nunqz debite domū exterius producet vel in debitā dispositionē fabricabit. Ita oportet: vt ⁊ tu tibi exemplar componas: ad [illegible] fozis agas. Sic deus prima causa omniū non nisi ad essentiale omniū rerū exemplar ⁊ ideas res ipsas in cōgrua dispositione ⁊ forma produxit in esse. Jmitabiliter alij deo seruire volunt: puta dū legunt aut audiūt de alioz exercitijs: mox ea assumere volunt ⁊ sua postha bere: rotqz recipiunt de suis exercitijs cōsilia: quot viderint alioz facta. credentes oīm spiritui: in nullo stabiles: in nullo firi: sed in omnibus vagabundi. Ecce huius furce aliud cornu (zincken) Stultū plane hoc ⁊ simiacū: que videns ocreas sibi incōgruas induit: ⁊ sic capit. Et Dauid arma Saulis nō congruebant. Qui sic iam vnū: iam aliū sequunt in exercitijs: similes sunt ei qui duos lepozes insequit: ⁊ tamē nullū cōsequit. si vnum sequeret: eundē cōsequeret. Qui ex multis balistis sagittare nititur: raro tangit metam. Noli igit ita facere: sed tale tibi exercitiū de quo prio dixi: sic disponas cū discretione ⁊ diligenti examinatione: vt scm illud vsqz in finē posses vitā tuā regulare: alioz vitā ⁊ exercitia laudans: non tamē assumēs: vt vult abbas Nestor. Jnuariabiliter se alij exercent: ⁊ neqz illud placitū est deo. Debes exercitia tua in corde discreta moderatione disponere: vt cū quadā alternatiōe ⁊ refocillatione te teneas stabilem: ⁊ nō in quodā vno tpe importunus incubān tē: alia penitus non curando: vel vt inualida relinquendo tediū aut infirmitas ⁊ si quid huiusmodi te vincat. Nam Quod cara et alterna requie durat ile non est. Sic Antbonius edoctus fuit ab angelo: ⁊ quidā pater rogatus a disci

pulo quid melius esset orare an legere? Respondit: q̃ qđ melius est bibere semper an manducare: quasi diceret neutrum: sed alternari debent Ita ergo nunc lege vt postis validior ad orationē: nunc meditare: nūc operare: vt hec sibi mutuo deseruiant: q̃ hec oia te stantem teneant sine tedio: de vno ad aliud transeuntē: vide aūt vt hec tui exercitij dispositio sit diuinis scripturis cōformis q̃ spiritualis viri discussione approbata.

micā: vt sibi prouideāt in estate gratie dn̄ sol lucet ⁊ tēpus laboris est: q̄
habeant in hieme mortis scz merita bonoꝝ operū (wer nit gablet so die
brem zablet: Der laufft im winter mit einem seyl: vnd fragt hat yeman
haw feyl) Sunt soliciti erga proximū: eidē salutaria aīe administran- 3
tes: reputātes eos (quēadmodū ⁊ vere sunt) mēbra sui corpis. Et ideo
sicut vnū membrū pro alio solicitū est ad iuuandū: sic ⁊ ipsi alter alteru
trū seruiūt: sm̄ qd̄ Apl's.i. Corin.xij. docet. Itē ad Ephe.iiij. Soliciti
seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Hec solicitudo maxime spe-
ctat ad p̄latos. vt ꝓ subditis solicitent̄: in spiritalib; p̄cipue ⁊ in tēporali
bus. Ve nostre tēpestati: in qua nemo aīas sed bursas curat (Nemo
der selen: aber der seckel) fere oēs: ⁊ nō aīe: nisi inquantū respicit bursaz
Hoc est: vitia aīe nō corrigunt̄: nisi vt bursa impleat̄. Roma.xij. Qui
p̄est in solicitudine ⁊c.. Sic ⁊ pater circa filios. Sic Thobias cū fili⁹
nō rediret: ꝓ eo solicitus erat. Sunt qui parū curant salutē familie sue: S
p̄cipue ministroꝝ ⁊ ancillaꝝ: etiā qui vident̄ deuoti: eia (dicūt) dimittā
co[illegible]ctionē eius alteri. Sed q̄d: sic ⁊ alius dicet: ⁊ tertius ⁊ quartus. q̄
fit vt a[illegible]llo erudiat̄: imo si a te qui videris reputatus correptus nō su
erit: sed dissimulāter p̄teritus: nunq̄ alioꝝ minus reputatoꝝ disciplinā
recipiet. Mox em̄ dicet dn̄ corripit̄: Apud alios seruiui ꝓbiores q̄ ta-
cuerunt: ⁊ me sup bis nō corripuerūt: si iniustū fuisset qd̄ facio nō dissi-
mulassent. Ecce quid tua pusillanimis taciturnitas effecerit mali. Rur
sus hec solicitudo respicit cōiuges: q̄ alterutrū debēt esse soliciti ꝓ inui
cē.i. Corinth̄.viij. Qui aūt cū vxore: solicitus est quō placeat vxori: et
ecōuerso. Sic ⁊ matrona solicita sit de ꝓuisione necessarioꝝ. Unde et
dn̄s dixit Marthe: Martha solicita es. In q̄ nō de solicitudine repre
hendit̄: sed de turbatione ⁊ murmuratione. Luce.x. Ecce solicitos spiri
taliter: nō vtiq; fatuos: imo etiā tēporalia nō negligūt: etem̄ ⁊ de illis ꝓ-
uident ⁊ solicitant̄: sed nō stulte quēadmodū post dicet̄: sed prudenter:
humane ⁊ rationabiliter. Tēporalia procurant tanq̄ media ad spirita
lia: ⁊ in procurādo nō recedūt vt negligāt spiritalia. Laborē exercēt: so-
licitudinē vitant nō sunt īmoderate soliciti: sed obediunt Apl'o: Volo
vos sine solicitudine esse: scz immoderata. Ecce primi soliciti. Sūt so
liciti inutiliter: q̄ sunt de hac fatuoꝝ turma. Et dinosci p̄nt nolis septē.

¶ Prima nola est: solicitari de temporaliū acquisitione: in eis finē cō-
stituendo vltimū. Sunt qui circa tēporalia q̄renda multū laborāt men
te ⁊ corpe: ⁊ in eis finē constituunt vltimū: ipsa scilicet temporalia plus
amando q̄ salutē ꝓpriam. Hec est solicitudo pessima: de qua Eccēs.iij.

T Peccatori dedit deus afflictionē ⁊ curā supfluā. Et hec est vana ⁊ cassa solicitudo: nimirū quia nō consequitur quod querit. Similis potius aranee que se euiscerat ad faciendū subtiles telas pro muscis capiēdis: que tamen de facili destruunt̄. Et hic mentem euacuat omni vigore sapientie ⁊ iustitie: ad cognoscēdū subtiles vias: ad decipiendū incautos sed ipse ab hominibus vel a diuino saltem iudicio atteritur.

¶ Secunda nola est: solicitari nimis de tēporalib⁹. Sunt qui nō statuunt finē in eis: sed volunt habere ꝑ medijs: sed circa acquisitionem taliū nimis solicitant̄: ita scz ꝙ a necessarijs ad salutem retrahunt̄: ea scz omittendo. Ut lucret̄ omittit seruare festa: ieiunia: missas: cōfiteri: cōmunicare: p̄cepta ab ecclesia. Hec est illa solicitudo: de qua dn̄s dicit: Solicitudo huius seculi suffocat verbū scz auditū vel inspiratū: ne fructificet in mente. Verū si quis ex nimia solicitudine ad temporalia non omittit spiritalia ad salutē necessaria: sed diminuit̄ in deuotione ⁊ tepescit a feruore debito: veniale erit: lignum fenum: stipula.

¶ Tertia nola est solicitari circa crimina facienda. Sunt qui in aliquibus criminibus diligentē curā ⁊ festinā adhibent ad perpetrandū: quēadmodū mulieres solicite ad se ornandū: multū ponētes de tpe ⁊ diligentia: ⁊ gulosi ad preparandū cibos: ⁊ ambitiosi ad honores procurandos: ⁊ huiusmodi. De hac nola intelligit̄ illud Prouerb. xi. Expectatio solicitoꝝ scilicet ad malum peribit.

¶ Quarta nola est solicitari circa ardua altissima ⁊ impossibilia. Solicitus erat Alexander totū sibi subiugare orbē: ⁊ neqꝫ sibi sufficere putabat. Nā cū Calisthenē audiret dicentē qꝛ esset opinio quorundā: quia p̄ter hūc mundū essent etiā alij mūdi: O he inqt: nōdū hūc deuici quēadmodū alios deuincam. Extendebat̄ animus suus ad etiā alios deuincendū. Sed q̄d cui nō suffecerat hic mundus: tandē post mortē cōtētus fuit spacio terre ⁊ sepulchro septē pedū. Talis est fatuitas magna: tā vehemēter ad vanitatē niti: q̄ oīa sunt trāsitoria ⁊ ad momentū apparētia. Quā vanitatē ⁊ fatuitatē expresserunt greci: romani ⁊ christiani. Eccemos grecoꝝ fuisse legit̄: ꝙ mox postea q̄ꝫ eorū imperator esset electus: accedebant marmoꝝ cesores varia genera marmoꝝ deferentes: ⁊ ab imperatore q̄rebāt: de q̄ marmore sibi vellet extrui sepulchrū: quatin⁹ eū exterrerēt ne nimiū de gloria trāsitoria tumesceret. Sic ⁊ in triūpho Rome: de q̄ Isido. li. xviij. scribit: ca. ij. Is q̄ circūferebat̄ in triūphali curru aureo cū sceptro: lictore cōtingebat̄ aliqn̄ q̄ eū seq̄bat̄: quatin⁹ inde humiliaret̄: ⁊ cogitaret lictorē posse fieri dn̄m suū. Plane ⁊ ep̄s Herbipoleñ. introducit̄ in laneis nudus pedes ⁊ caput cū fune cinctus instar furis. Sic sic pape in coronatione sua dicit is q̄ floccū incensum iactat i aerē

X Pater sancte sic transit gloria mundi. Et vere sic transit. Quid em̄ est gloria hoim? Caro: fenum: ⁊ sicut flos agri gloria eius. Isaie. iiij. Fenū simplices homines: flores hoies gloriosi: ⁊ vterqꝫ cadit. Quid dixi gloriā esse florem: stercus ⁊ vermis est. i. Macha. ij. Utiqꝫ multoꝝ glo

ria hec est: deferre sericas vestes: profecto stercus vermium.

¶ Quinta nola ē: solicitari erga vilia ⁊ minima. Sūt q̄ maximā habēt solicitudinē: ⁊ nocte tota iacent vt putāt in ꝯsilijs: instar Jmpatoris tillingensis fatui (de quo infra) xvi. lr̄a. S. miraq; ꝓponunt ⁊ solicitudinē gerunt de mētis ⁊ se fatigāt vilib⁹. Et tandē cū inquirit q̄d soliciti fuerint: est q̄ anseres nudi pedes incedunt. Similes sunt eis qui minima dom⁹ sue maxima solicitudine disquirūt: ⁊ proh pudor etiā p̄lati ⁊ ep̄i (si sctō Bernardo ad Eugeniū credit) hac stulticia tenent: qui de nūero panū cū suis economis rationē faciūnt. Ceterū de numero aīarū nemo mentionē facit. Et quidē sic est vt p̄dixi: q̄ de animab⁹ nulla cura ꝓpter se: si quando de eis fit mentio hoc est propter cōnexam bursam.

¶ Sexta nola ē: solicitari de alienis ⁊ ipertinētib⁹ ad se. De illis loq̄r q̄ sua negligūt ⁊ cū alioꝝ negotijs se occupant. Nō em̄ loquor q̄s charitas vrget ad fraternū ꝓfectū ⁊ subsidiū in tribulationib⁹ de quib⁹ prius dictū est: sed quos potius curiositas titillat: ⁊ in cōsideratio suoꝝ defectuū. Vel si zelus eos vrget: nō est tn̄ s̄m scientiā: qui volūt oīa planare ⁊ oēs vicos expurgare. Supra vires tuas est frat: eget freno hic zelus: ordinauit in me charitatē: ait Canticorū sponsa. Ordinatissime vtiq; charitas: q̄ tantū se intromittit de alioꝝ negotijs quantū expedit ⁊ exigit dictamē recte rationis. Rn̄det aliqn̄: q̄d ad me de his q̄ foris sūt? Et illud Terentiani Senis: aliena cur curas: que ad te nihil attinent? Y

¶ Sep[illegible]na nola est: solicitari de futuris ex diffidentia. Sūt q̄ timorē habēt inordinatū: putantes q̄ si facerēt illa que p̄cepit eis de⁹: ⁊ faciendo q̄d in se est: nō omittēdo curā salutis aīe sue: de⁹ eis nō ꝓuideret. Plane fatui magni. Dic q̄d hoc est? de⁹ tibi maiora p̄stitit aīam ⁊ corpus sine tua solicitudine: ⁊ hesitas q̄ minora p̄stabit? si feceris suā voluntatē p̄stabit inquā amictū ⁊ victū: tm̄ quantū iudicabit tibi expedire: q̄uis nō quantū stulte appetis. O inquis: sedeas ibi quousq; assa colūba inuolet ori tuo. Nō dico de columba: sed de pane quotidiano tibi necessario. Neq; dico tibi: sedeas ibi: s̄z nō habeas sup̄fluā solicitudinē te a necessarijs ad salutē impedientē laborē exerce: vitato solicitudinē talē. Audi amplius: de⁹ minorib⁹ te ꝓuidet sine eoꝝ solicitudine auibus et lilijs agri: vestit ea ⁊ pascit: ⁊ times tu q̄ pluris es illis q̄ te nō pascet ⁊ vestiet: si humana vtaris solicitudine ⁊ feceris p̄cepta sua? Auem bestiā curat: ⁊ filiū negligit? Nō est hec opinio filij de patre ⁊ Christiani hoīs de christo: animus est hic gentilis nō credētis ꝓuisionē dei: ideo ipsemet sibi nitit facere ꝓuisionē. Excute hanc stultitiā: abijce hanc gentilē diffidentiā: ⁊ cōfide patri ad quē iugiter ⁊ quotidie clamas: Pater noster q̄ es in celis. Nō impotēs est: nō durus est: nō ignorās est: nouit necessitatē nostrā: amat nos: vult succurrere: omnipotēs est: pōt subuenire. Cur ergo hesitas? Plane nō alia causa: quia parua fides in te est sup̄ ei⁹ vel potētia vel bonitate vel sapientia. si em̄ horū in te esset viuax fides: minime timeres. Adauge nobis dn̄e fidem: sic clama. Rogemus. Z

Mutuantium

Feria tertia post Letare. xxvij. Martij.
Stultorum infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū.

Vicesimaquarta turma stultor Mutuantium (Borg narren) Apte sequit hec turba precedentē: Illi nimiam curam: hi nullā habent. Dinoscuntur autē stulti bi duabus nolis: scōm quod duo sunt genera debitor: scilicet pecunialiū ꝛ peccaminaliū.

¶ Prima igit nola est debita pecunialia contrabere (Belt oder ander zeytlich guot vff borg vffnemen) Sūt q debita multa cōtrabere nō cu-

rant ꝑ mutua: dummodo ad soluendũ cito non cogantur: cõuiuantur:
luxuriant̃ (prassen: füllen) superbiunt: ⁊ inter cõuiuandũ cantant (Los
vöglin sorgen) ⁊ (Er bindt die schuoch mit basten der die zech bezalen
muos) sicq; cũ bonis alioꝝ superbiũt ⁊ luxuriant̃. Noti sũt hoꝝ mores
nec opus est diffusius eos describere. Maiorẽ inquiũt solicitudinem
habebit creditor quẽadmodũ soluat̃: q̃ ego quõ soluã. Et tñ sine solici-
tudine nõ sunt ⁊ miseria: vt puto: nisi sint oĩs honestatis expertes. Ali-
qñ sup hoc angit̃ cor ei⁹ q̃ hmõi cogitat obligationẽ. Molestissima est
vox creditoꝝ postulantiũ: vt Boeti⁹ in de disciplina scolarium dicit. A
Cogit eos aut impellit voluptas quã querũt: vt multa mutuent̃: q̃ tñ se 2
ro aut nunq̃ soluũt: quatinus delitias habere possint: sed cõtrariũ cre-
bro accidit. Quippe ꝙ semp cogunt̃ deteriora recipere sup credẽtia tali
q̃ si prõpta emerẽt pecunia. quicq̃d acidũ: mucidũ: pendulũ: rancidum
aut alio infectũ sapore: ideo eis cedit. Equũ recipit (vnd übersicht gall
vnd überbein) dũ ad credentiã sibi dat̃: ⁊ ꝑ duplici pecunia recipe cogit̃
Sed esto hec nõ curent: timor tñ ⁊ erubescẽtia ipsos frequẽtius p̃mit: 3
si qñ in publicũ eũ ꝓdire cõtigerit: timet sibi obuiũ futurũ creditorẽ. qđ
si factũ fuerit: aut declinabit viam: aut rubore suffundit̃ facies: ⁊ in quẽ
angulũ debeat respicere ignorat. Nõ deerũt tũc multa pctã in q̃ cadet 4
mendatia ingeminat: spondẽs se daturũ: ⁊ quẽadmodũ ille pecuniã sibi
sit allaturus de qua solutionẽ faciet. Quid multa? mendaciũ mẽdatio
adijcit: ⁊ instar fornicũ vnũ sup alterũ cõcamerãdo extruit: multaq; in
credito[illegible] fraudẽ excogitat: cũ tñ obliget̃ cito soluere: etiã vsq; ad cessio
nẽ bonoꝝ: nisi cũ cõsensu creditoris differat. De furtis: ludis ⁊ ceteris 5
vitijs taceo: quib; nitit̃ acquirere vnde soluat: ꝑ ludos ⁊ crapulas in de
bita trudit̃: ⁊ ꝑ ludos se eripere nitit̃. hui⁹ rei causa sunt: cõuiuia illa q̃-
tidiana stubaꝝ: oĩm maloꝝ vtiq; sentine. Et peiora hoꝝ ꝓdeunt: q̃ lex 6
meminit. ff. ad senatuscõsultũ Macedonianũ. l. i. vbi vsurario q̃ appel
lat̃ Macedo ꝓhibet̃ dari actio ⁊ petitio cõtra filiũ familias: cui es mu- B
tuauit soluendũ post mortẽ patris. Recte quidẽ. ne det̃ ꝑ hoc occasio fi
lijs familias machinari in mortẽ patris. Utinã ⁊ hoc serueret̃ ĩ politijs
cõtra eos q̃ iuuenib; pecuniã mutuant sup paterna hereditate: aut alijs
similib; causis. Et quis mala oĩa enumeraret: q̃ ex his mutuis ad cre 7
dentiã emergunt? Ingratitudo cõtra eos qui mutuauerunt: qui dũ de
bitũ poscũt efficiũt̃ odiosi debitorib;. Sterilitas deniq; debitoꝝ (Sie
mögent niemer begrünen oder vff grienen zweig kõmen) q̃diu debita
manent. Semp sunt vno anno ĩmature geniti: q̃ manius. Quicq̃d lu
crant̃ (ist alles vorgessen brot) Nimirũ tedebit eos oĩs laboris: cũ sciãt
nihil sibi euenturũ sed oĩa creditorib; p̃standa. si tñ tam felices sunt: vt
talib; tradant: ⁊ nõ turpiter ⁊ luxuriose absumant debitis manentib;.
Sed quid? nunquid quia differunt soluere deobligant̃? Nõ profecto: 8
lupus vorax nullã deuorat metam: veniet hora ⁊ dies: ⁊ tunc solues.
ꝙ si soluere nõ habes in ere: solues in suppellectili alia. Si neq; ita: sol-

ues in corpe ꝛ bonore: omnibꝫ efficieris infamis. O quot dominia magni status ꝛ ambitiosi hoc modo subruti sunt ꝛ subruent. Videm⁹ hoc in quibusdā magni nois mercatoribꝫ: sed ꝛ nobilibꝫ. Egyptij frumenta a Joseph receperunt: ꝛ tm̄ tandē soluere coacti: in seruitutē Pharaonis multi redacti sunt. Quid g̃ faciā? Hoc qđ sapiēs docet Prouer. vi. Fili mi si sponderis p amico tuo: defixisti apud extraneū manū tuā: illaqueatus es verbis oris tui ꝛ captus pprijs sermonibꝫ. Fac g̃ qđ dico tibi fili mi: ꝛ teipm̄ libera: qz incidisti in manū primi tui. Discurre: festina: suscita amicū tuū: ne dederis somnū oculis tuis nec dormitēt palpebre tue. Eruere q̃si damula de manu: ꝛ quasi auis de insidijs. Hec consulit sapiēs fideiussori. Itidē ꝛ tu debitor efficias. Si fact⁹ es debitor alicui⁹: curato vt de obligatione p solutionē debiti absoluas: pter causas iā supra enumeratas. Sed ꝛ festināter hoc facito: ꝛ elabere vt damula (als ein wysel) vel capreolus fm quosdā. Et tm̄ de prima nola.

¶ Secūda nola est coaceruare debita peccaminalia. i. petā. Sūt q̄ de die in diē peccāt: ꝛ petā petis addētes cumulāt a pueritia: iuuētā ꝛ virili: ꝛ vsqz in senectā ꝛ senīū abutentes bonitate ꝛ dei longanimitate. Sed ais: Sūt ne petā debita: debet ne nobis aliquis ea: aut ea nos alijs debemus: vel debēt ne nobis inesse? Rñdeo q̄ pter nullā illoz dicunt debita: sed qz nos efficiūt debitores penaz. Quicūqz em̄ peccat cōtra deū reus efficitur pene infernalis: quā obligat soluere nisi a petō absoluat. Sunt igit petā non formaliter: sed hoc mō effective debita. Illa inquā multi accumulāt supra se: qz deus illoz solutionē postulare differt. O (dicūt) deus bonus est: nihil postulat. O fatue: quoties insusurrat tibi in aurē: Redde qđ debes. Tu aūt rñdes: aut nihil vel ad maximū cras agam penitentiā: habe patientiā: ꝛ oia reddā tibi. At ecce patientiā habet tecū: ꝛ habuit iam multis annis: ꝛ adhuc ei solutionē p penitētiā nō facis debitoz. Sed diuitias bonitatis eius ꝛ patiētie cōtemnis. Ignoras q̄m benignitas dei ad penitentiā te adducit: fm aūt duritiā tuā et impenitēs coz thesaurizas tibi irā in die ire ꝛ reuelationis iusti iudicij: ad Ro. ij. Vere iusti iudicij: sed seuerissimi. Putasne qz differt punire ideo nō punier? Falleris: imo qz differt seuerissime punier: instar diu ꝛ longe trabētis arcū: qui quāto serius telū emittit tractu remoraf⁹: tāto pfundius telū infigit ꝛ fortius pcutit. Lento q̄dē gradu (ait Valerius) ad vindictā diuina pcedit ira: tarditatēqz supplicij grauitate cōpensat. Noli ergo o frater: dū ad aurē postulat a te dñs: vt soluas debita. Noli aurē auertere: noli iterū dm̄ repellere dicēs: Expecta reexpecta: manda remanda. Sed mor incipias debitū soluere: noli differre in senectā et senīū: vt silis fias stulto illi de q̄ p̄ silitudinē dicit: qz q̄tuoz habuit eqs (grömelin) quoz vn⁹ fuit debilis: totqz sarcinas habuit cuilibet aptas: ipse aūt oēs quatuoz sarcinas debiliori (dē grömelin) imposuit: alios fortiores dimittens liberos ꝛ exoneratos grisellū antecedere: sequentē aūt stimulis acriter vrgebat. Nimirum respicit hec silitudo ꝛ parabola

eos q̄ cumulāt pctā ꝛ penitentiā p eis agere nitunt in senecta. Ecce tu fa E
tuus es ille. Equi quatuor sunt q̄tuor etates: primus equꝰ est pueritia
a decimo vsq; ad vicesimū annū: secūdus iuuēta a tricesimo vsq; ad q̄-
dragesimū: tertius virilitas vsq; ad seragesimū annū: quartus senecta.
Habet quilibet equus sua onera penitētie portanda p pctis q̄ cōmittit
sed nullus suffert ꝛ ad senectā reseruat (Das grömelin sols als tragen)
Parcis tibi in pueritia: onus penitētie tibi debitū nō portas: nihil vis
ieiunare cē. neq; mater sinit hoc fieri. O he (inq;t) puer est: expecta q̄usq;
pfecte creuerit. Itaq; excutit brunellus (brünlin) onus a se. Secundus
equus iuuēta: ꝛ neq; hic penitētie onus vult portare. Tertius virilitas
(der schimel) ꝛ hic renuit. O (inq;t) vbi senuero penitentiā agā. Sicq;
oia reseruant vt debiliori equo (dem grömelin) imponant. Quanta hec
stultitia q̄so: Sed q̄d erit: Loco vigiliaꝝ ꝛ ieuniorꝝ dormitabit ꝛ dor
miet: oratiōes nulle: sed gemitus ꝛ suspiria: ꝛ nihil erit: sicq; nemo erit
q̄ onus penitētie portare velit. Noli ḡ frater pcrastinare ꝓpter dei beni-
gnitatē differre solutionē debitoꝝ: pctā dimittere: sed mox exutias te.
Quāta insania est (ne dixerim stultitia) in luto iacere: ꝛ inde volūtarie
nolle exire mox: sed differre: peccatū oi īmūditia maius est. Unica em̄
macula pctī adeo deturpauit Luciferū: q̄ pulcherrimus erat angelus:
vt absq; horrore cōspici nō possit ab boie. Quāta ḡ fatuitas: q̄ homo
a pctō differt exire: Insania quāta: cadit asinus tuus in lutū: ꝛ vis eum F
mox extrahere: tu aūt in mai⁹ si incideris vis differre. Cadit asina (cla-
mat Bernardus) ꝛ est q̄ subleuet: perit aia ꝛ nō est q̄ recogitet. Nōne si
q̄s in aquā ceciderit pfundā ꝛ adhuc supenatat: sed incertū sit q̄n debeat
descendere in pfundū sicut lapis: fatuus est qui differt tali subuenire
dū pōt. ꝛ pcipue ille fatuus est qui est in periculo: si petat dilationē sui
succursus dicēs: Nolo adhuc mihi subueniri vsq; ad damnū. Respicit
nostros fatuos hec similitudo. Numirū qui in pctō mortali est: cecidit
quasi in aquā profundā: incertus quādo ad profundū inferni descēdere
debeat. Et cū ad penitentiā monet: quasi quedā tabula ei porrigit. in q̄
de naufragio euadat. Penitentia em̄ est secūda tabula post naufragiū:
sm̄ Hieronymū. Nōne ergo fatuus est peccator: si differt tabulā istam
recipere: vel si nimis paruā querit: que cū naufragio liberare nō possit:
vel si postq̄ sup eam ascēderit: illā dimittit priusq; ad securitatē portus
puenerit: Mira insania est: q̄ boies postq̄ tabulā ascenderūt: iterū in
mare voluntarie insiliunt. Succensa est domus igne peccati: qui tibi
bona tua naturalia iugiter cōsumit. ꝛ cur o fatue adhuc nō curas cum
extinguere: O deus abscondi ignē in sinu meo ꝛ exusto iā latere: nuda-
tis iā visceribꝰ: iam sanie defluente: adhuc cōsulendū est: an exutiā illū.
Quis tā fatuus vt sup his consulendū diu putaret: Respiscam⁹ frēs:
ꝛ nō simus de numero horū fatuoꝝ procrastinantiū solutionē tot debi
torū: sed in tēpore opportuno incipiamus dū dies est: vt gloriā inuenia-
mus hic in via: ꝛ alibi gloriā in patria. Ad quam perducat ꝛc.

Feria quarta post Letare. xxviij. Martij.

Stultorũ infinitus est numerus. Eccl's. i. Euãgeliũ

Vicesimaq̃nta turma est Optatiuoꝝ (wünsch narren) Ipsi sunt qui optant ea q̃ magis sunt nociua q̃ꝫ vtilia: q̃lis fingit̃ fuisse Mydas rex phrygũ. Ouidi⁹. x. meta. Qui optabat vt oĩa que cõtingeret fierent aurũ. q̃ facto etiã panis ⁊ vinũ aurũ fiebãt: sicq̃ perijt. Possunt autẽ hi fatui innumeris dinosci nolis: ꝑm q̃ multa sunt q̃ stulte ab hominibus optari possunt. Que enumerant̃a Francisco Petrarcha in suo de reme. vtriusq̃ fortu. lib. i. Que omnia possunt in nolas transformari ⁊ conflari. Ego tamen solas septem producam.

¶ Prima igit nola est: optare longā vitā. Sunt multi qui longā vitā exoptant. O stulte nescis qd optas. Et qd opto? Seneca: q plena miseriis z erumnis. O ptas fieri pallidus: egrotus: defor mis: rugosus: tremulus in mēbris: cerebro z voce: nasum stillantē: effici onerosus oībus vxori: pueris: z tibīpsi maxime. O ptas longā vitā: longā vtiq; miseriā z penā: z ōtidie in nouis esse infortunijs. Si vis nosse qd optes: dū lōgā vitā optas: vide Frā. Petrar. vbi supā. li. i. ca. i. Et singulariter i illo notabili cōpēdio siue catalogo miseriaz hui⁹ vite: vbi ait: est area laboz

¶ Secūda nola: optare pulchritudinē z corpis formā eximiā. Sūt q ee optāt se formosi z pulchri. O fatue: z tu nescis qd optes. Et qd est: nōne rē pciosaz z vtilē audi. O ptas velū oculis: laqueū pedibz: alis viscū. haud facile seu vera discernere: seu virtutē seq poteris: seu i altū euolare aio. multos em ad honesta pgētes forma detinuit: detorsitq; in ptrariā partē. O ptas grāde scandalū z peccādi occasionē. Quid q̄so fecit a paride rapi Helenā: qd stupzari Lucretiā: plane formositas egregia. Sz vt nra loq̄mur: Dina fuit a sichē rapta: vtiq; qz nō gipū habuit nec strumā. Vis adhuc audire qd optes? O ptas flosculū cito marcescentē: ecce brevissimū tps erit: qū oris habit⁹ hic colorq; mutabit. Cadet flaua cesaries: reliqe albescēt: teneras genas z serenā frontē squalētes arabūt ruge: letas oculoz faces z lucida sydera mesta teget nubes: leue dentiū ebur ac candidū scaber situs obducet atq; atteret: vt nō colore tm sed tenore al[illegible]nt: recta cervix atq; agiles humeri curuescēt: guttur leue crispabit: aridas man⁹ z recuruos pedes suspicer is tuos nō fuisse. Quid multa? veniet dies q̄ te i speculo nō agnoscas: z hec oia q̄ abesse multū extimas. ne qd inprouisis mōstris attonit⁹ nō pdictū dicas: binc iā tibi si viuis dicto citius eventura denuncio: qui si mihi non credis: tunc te partius miraberis transformatum.

¶ Tertia nola: optare edes magnificas: latas z pcrias. O si ego haberē magnificas z honorabiles edes: esset mihi honor. Erras frater: nō tibi sed opifici gloriā pariūt edes artificiose extructe: architecti laus est nō tua: nō domo dñs: sed dño domus honestanda. Fuge quantā honestatē attulit tugurio suo btūs Anthonius: z eremita Paulus: z Christus pcepio. quippe dū christi pcepe queritat magni trāsito supbi Herodis lectulo. O vtinā latas haberē edes. Si latas haberes: vna est vtiū z domoz ler: nō statim meli⁹ habitat q latius. neq; em q̄ late habites: sed q̄ lete requirit ad beatā vitā. Sepe vel i palatijs regū laboz dolorq; habitāt: vel in tugurijs inopū q̄es z gaudiū. qō si amplitudo domus aut forma pstaret: nobilissima artiū esset architectura (O wie eng ist manchē) in ampla domo. O deus si tm haberē pcriā z ppetuā habitationē. Et vt qd ita o frater? Putasne tibi hāc cōtingere posse hic? Nō vtiq; imo vero parui tpis incolat⁹: instat dies cōmigrandi: ciuē fingis aduena es cōductoq; habitas: veniet qui te nudū laribz his exturbet.

¶ Quarta nola est: optare supellectilē pciosam. Et sunt ne z hi stulti:

1 Stulti vtiq̃. Vis scire q̃d optes? Optas iuge bellum nõ cũ furibus
modo: sed cũ muribus tineisq̃: ⁊ aranee ⁊ rubigo: fumusq̃ ⁊ puluis et
imber in vos dimicãt. O diuites delicati q̃bus armis hos hostes arce
2 bitis? O laborẽ multiplicẽ: nunq̃ deerit q̃d reuisas: q̃d numeres: q̃d
cõplices q̃d excutias q̃d abstergas: q̃d oculos simil ⁊ mulceat ⁊ offendat
3 Quid mlta: si optas magnã suppellectilẽ: optas magnũ ĩpedimentũ.
K ¶ Quinta nola: optare ortũ filiorũ: O si pueros haberẽ. vtinã mihi ori
1 rent filij. Quid optas (Ein sorgbrunnẽ: ein surbrunnẽ) Optas in do
mo tua: tibi emanat fons grauiũ curarũ: nunq̃ sine metu atq̃ angoribꝰ
2 vitã ages. Optarẽ filios ꝓcreare: vtinã parerẽ filios. O fatue: optas
serere arborẽ inexhausto percolendam studio: q̃ te dũ viuas exerceat: cu
ius nullos forsitan aut seros: ⁊ fortasse post obitũ fructus legas: q̃d op
3 tas o fatue. Optas magistrũ tibi nasci q̃ te doceat q̃d nunq̃ nouisti: ⁊
1 q̃d hoc est? audi. Nec timere nec sperare nec vota facere noueras. En
2 disces tuo pericl'o. Disces ⁊ parẽtes orbos miserari. Disces ⁊ in bre
3 ui vita lõgas curas texere teq̃ lõgiora negotia ordiri. Disces his q̃ ni
4 hil ad te ꝑtineant torqueri que visurus nunq̃ sis disponere. Ad postre
5 mũ disces amare plus alium q̃ te. Disces ardentissime diligere: tepi
6 dissime diligi. Duras plane artes: ecce docebit te hic quẽ optasti ma
7 gistrum. Habes quid optas dum filios optas.
1 ¶ Sexta nola optare auiaria: aues loquaces ⁊ canoras. Vellem ha
bere auiaria et varias aues in eis includere. Ad q̃d queso? vt [illegible]nducẽ
iam piscium minus mirer ergastula. Sũt ⁊ volucrũ quibꝰ latior ⁊ libe
rior patria celũ erat. Inuenit gula venationẽ: inuenit piscationẽ: inue
nit aucupiũ: nec cepisse satis est: q̃s liberas natura creauerat: nisi etiam
asseruent. At quãto erat honestius gulã cogere parabilibꝰ atq̃ facilibꝰ
cõtentari: ⁊ siluas feris: maria piscibꝰ: aeremq̃ volucribꝰ linquere: q̃ in
his tm̃ studij ponere: quantũ si captãdis in virtutibꝰ poneret? illas pri
dem (nã minie sunt fugaces) optimo studio quesitas: intra animi habi
L tũ clausissetis: vnde nec effugere possent nec auferri. Vellem habere lo
2 quaces coruos: picas ⁊ psitacos. De coruis mirabilia lego. Dic ex Frã
cis. ⁊ Macrobio. De picis silr mirabilia: dic ex eodẽ li. i. de Reme. vtri
usq̃ for. dia. lxiiij ⁊ item de psitacis. Sed q̃d hec oĩa o frater? Adde si
3 placet ⁊ aues canoras: scio em̃ q̃ et has hr̃e optas lucinias scz. Quid
inquã hec oĩa optas? Lubet ad te exclamare q̃d sapiens. Usq̃ q̃ paruuli
diligitis infantiã? Sinite o ceci aues in siluis agere: nidificare ⁊ pasci:
et canere ⁊ errare: vos inertis plumas animi ad celum pandite atq̃ hu
mo vos attollite: enitimini nõ volucres captare: sed volucres fieri.
¶ Septima nola: optare diuitias ⁊ potentiam. Longũ esset enarrare
horũ pericl'a ⁊ infaustissimos fines: miserias ⁊ infamias: quas q̃ nosce
re voluerit interroget Frãc. Petrar. q̃ hec luculentissime describit. Siq̃
M dem ⁊ hora transijt ⁊ euãgeliũ prolixũ fuit. possent ex Franc. innumere
nole adduci sicut ⁊ sup̃ de ꝓspera fort. Nostrũ erit nõ talia aut eis silia

optare. Sed hec q̄ recitat Juue. videlicet. Optandū est vt sit mēs sana in corpe sano. Et bona fama: fides: ꝛ mox vita bonox. Et sedeat virt⁹ in casto pectore fulgens. Sed quid gentiles ꝓducor. Veniat sapientia eterna Christus Jesus: ꝛ doceat stultos illos quid optare debeant. Et quid hoc est: Illud quod petere iussit: siquidē q̄ licet petere licet ꝛ optare. Ipsa sunt septē numeroq̄ optare licet: vt Sanctificet nomē suū: adueniat regnū suū: fiat voluntas sua: vt detur nobis panis q̄tidian⁹: dimittant peccata nostra: nō inducamur in tentationē: ꝛ liberemur a malo. Hec sunt q̄ optare debem⁹ ꝛ orare. Quicqd p̄ter hec desiderat: optatur aut petit: stultū est. qz nō fm summā sapiētiā. Vimus g̃ in bona pace: ꝛ relinquam⁹ oīa diuine voluntati: q̄ sit benedicta ineternū. Amen.

n

Studentiū inutiliter

Feria quinta post Letare. xxix. Martij.

Stultoꝝ infinitus est nūerus. Eccs. i. Loco euāgelij dixit reliquias hesterni sermonis: scz sextā ⁊ septimā nolas.

Vicesima sexta turma est inutiliter studentiū vel docentiū (Studiernarrē) Dico notāter inutiliter studētiū: qꝛ q̄ vtiliter studēt: nihil his prudētius. Dinoscunt aūt nolis q̄ elici poterūt ex Hugo. de sctō Vict. in. iij. li. didascalō. ⁊ Policratico Joā. li. vij. ⁊ Gersōe ꝯtra curiositatē studentiū: ⁊ Bernardo sup cātica sermo. xxxvi. ⁊ Decreto. xxxvij. dist. vbi Hieronymus allegat ⁊ Holkot lectione. lxxxi. A.

¶ Prima nola est: inutilē grāmaticā discere aut docere in donato casualia ⁊ tpalia. In prima parte de subiecto attributiōis: ⁊ de habitib intellectualib: qd scire est iā magistroꝝ ꝓuectoꝝ: ⁊ ptinet ad. vi. ethico. Et in parte. ij. de q̄nq̄ figuris: regimine gtī: ⁊ impedimētis. q̄ꝝ alique sunt potius elegantie q̄ꝫ incongruitates: quēadmodū in elegantijs Jacobi Sletstateñ. videri poterit: qui ⁊ grammaticas pueris vtiles recenset: ⁊ quid ignominie pariat eius ignorantia docet.

¶ Scda nola: in dialectica diuti⁹ torq̄ri. Bona est logica: vtilis ⁊ necessaria in oī sciētia: dūmodo tpe suo dinoscit Nā ⁊ de Auerroi dicit (vt credo) Auicēna: q̄ cū errare fecerūt ignorātia logice: inexperiētia ⁊ cōfidētia ꝓprij ingenij. Q̄ si nimis discit aut docet nocumēto erit: testis est Hiero. xxxvij. dis. Nōne vob videt i vanitate sensus ⁊ obscuritate mētis īgredi illū q̄ dieb ac noctib i dialectica arte torq̄t? sp acuūt nūq̄ secāt.

¶ Tertia nola: rhetoricā negligere ⁊ poetica cōtaminari. Est nobilis ars oratoria: p quā ē nob suadēdi ⁊ dissuadēdi facultas oportunissima p̄dicatori. Ad quā deseruit ⁊ poetica: sed multi nō ea vtunt moderate: g̃ infatuant ⁊ ꝯtaminant ea: qꝛ lasciuiores legūt: Quidiū de arte amādi ⁊ d amore: Proptiū ⁊ Tibullū turpissimū zodomitā. Plane hos nemo tutus leget: sz ⁊ stulti cū eos dedeceat: de q̄b idē Hiero. vbi sup. Sacerdotes dei omissis euāgelijs ⁊ ꝓphetis vidim⁹ comedias legere: amatoria bucolicoꝝ versuū ꝟba cātare: tenere Virgiliū: ⁊ id qd ē i pueris causa necessitatꝫ: crimē i se facere voluptatꝫ. Igit modeste ⁊ suo tpe licitū ē.

¶ Quarta nola est quadruuio seduci: geometria: arithmetica: musica astronomia vel astrologia. Si q̄s grāmaticā artē (ait b. Hiero. vbi supra) nouerit vel dialecticā: vt recte loq̄ndi rationē habeat: vt inter vera ⁊ falsa dijudicet: nō improbamus. Geometria aūt ⁊ arithmetica habēt in sua sciētia veritatē: sed illa sciētia nō est sciētia pietatis. Sciētia aūt pietatis est nosse legere scripturas ⁊ intelligere ꝓphetas: euāgelio credere: apostolos non ignorare ⁊c. Hec Hiero. Sed quare de Astronomia nō facit mentionē? Rñdet glo. qꝛ hec abijt in dissuetudinē: vt. xxvi. q. ij. §. Is ita. Adde his tñ qd Joānes ille magnus Salesberieñ. in suo policratico de nugis curialiū lib. vij. ca. ix. asserit. Poetas: historicos: oratores: mathematicos ꝓbabiles mathematice q̄s ambigit esse legēdos?

maxime cũ sine his viri esse nequeant vel nõ soleant literati: cũ tñ quasi in ius suũ vendicant animũ. ⁊ si polliceant notitiã rerũ: virtutis tñ dedocent ⁊ submouent cultũ. Hec ille. Sunt ergo in foribus salutande.

¶ Quinta nola est: doctrinas cõfundere. Sũt quidã qui licet ex his q̃ legenda sunt nihil ꝑtermittãt: nulli tñ arti qđ suũ est tribuere nouerunt: sed in singulis legũt oc̃s. In grãmatica de syllogismoꝝ ratiõe disputãt in dialectica inflectiones casuales inquirũt: ⁊ qđ magis irrisione dignũ est in titulo totũ pene legunt librũ: ⁊ inceptũ tertia vix lectione expediũt Nõ alios docẽt hmõi: sed suã ostentant scientiã. Sed vtinã quales mihi tales omnibus apparerent. Hec Hugo vbi supra.

¶ Sexta nola est: modũ in discendo nõ tenere. Qui se (inq̃t Paulus) putat aliq̃d scire: nondũ scit quõ oporteat eũ scire. Et quis est modus sciẽdi? Ut scias quo ordine: q̃ studio: quo fine queq; nosse oporteat: vt ait b. Bern. sup canti. ser. xxxvi. Quo ordine? vt id prius qđ maturius ad salutẽ. Quo studio? vt id ardentius qđ vehemẽtius ad amorẽ. Quo fine? vt nõ inanẽ gloriã aut curiositatẽ aut aliq̃d sil̃e: sed tm̃ ad edificationẽ tuã vel ꝓximi. Sũt nãq; qui scire volũt vt sciãt: alij vt sciant: alij vt vendant: quarti vt edificẽt: quinti vt edificent. Pauci timeo hũc seruãt finẽ: studiũ ⁊ ordinẽ. Parũ curat a q̃busdã iuristis de titulis: de sũma trinitate ⁊ fide catholica: de obseruatione ieiunioꝝ: de vita ⁊ honestate clericoꝝ: de cele. missaꝝ: de pe. ⁊ re. q̃ respiciũt aĩe salutẽ. s3 multũ đ for. cõpe. ⁊ de [illegible]el. Sic ⁊ theologi paꝝ de moribꝫ: de speculatiõe multũ.

¶ Septima nola ẽ: in sciẽtia ⁊ moribꝫ nõ ꝓficere. Redeũt miseri iuuenes indocti ⁊ vitiosi: vtiq; aliq̃ negligẽtia suoꝝ ꝑceptoꝝ: aliq̃ sua propria malitia. Quippe dũ operã literis dare deberẽt: student luxurijs ⁊ alijs vanitatibꝫ: ludis: spatiamẽtis: crapulis: arti gladiatorie: saltationibꝫ: exercitijs viriũ. Inde dãna nõ modica parentibꝫ quoꝝ substantiã vane ⁊ luxuriose cõsumpserũt: sed ⁊ sibĩ ꝑsis maiora. Redeuntes em̃ indocti efficiunt impssores: parasiti: mimi: benselini: seruitores balneaꝝ: si tñ nõ peiora sequant. Docet Sene. epl'a. xx. q̃ causa q̃re scolastici non sunt morigerati partim est ex parte doctoris: partim ex ꝑte discipuloꝝ. Aliq̃d (inq̃t) ꝑcipiẽtiũ vitio peccat: q̃ vos docẽt subtiliter disputare: nõ viuere. Aliquid discentiũ: qui propositũ ad preceptores afferũt nõ animi excolẽdi: s3 ingeniũ. Vult dicere: q̃ hec sola ẽ intẽtio scolasticoꝝ cõit ingeniũ colere ꝑ sciẽtiã: nõ aũt aĩm ꝑ v̄tutes. sed talẽ aĩm nõ tenuit Ps̃. q̃ dic̃. Bonitatẽ ⁊ disciplinã ⁊ sciẽtiã doce me: vt ait Holkot le. lxxxi. A

¶ Octaua nola est: ad titulos dignitatis magistralis properare. Nõ cõputant quantũ didicerint: sed q̃ꝫdiu in vniuersitate steterint. ⁊ (vt eoꝝ verbis vtar) quãdo cõpleuerint libros. videlicet ad magisteriũ vel doctoratũ requisitos audierint nõ an intellexerint. Tunc em̃ mox aduolant ad titulos magistrales: inde exultant. O fatue quid gloriaris de titulo magistrali sine scientia? O caupo quid gloriaris de frondibus vernis ante tabernaculũ: vbi pendulũ ⁊ acidum vinum venditura te?

Q. Sed nunq̃d ⁊ caupo suis fallit̃ artib⁹? Sũt certe aliq̃ sic fallatijs assuefacti: vt lõgo vsu fallendi alios ad extremũ ⁊ se fallere incipiãt. qđq̃ diu suasere alijs aliqñ ꝑsuadeant sibi: ⁊ qđ falsum sciuerint verũ credãt. Ea que superi⁹ posita sunt sub prima turba ⁊ illic obmissa: possent hic sub metaphora nolaꝝ addi: aut alias inseri q̃ ex Bernardo sumpsi ⁊c̃.

¶ Nona nola est: in disputãdo ꝑuicaciter cõtendere. Bone sunt disputiones ⁊ elucidatiue veritatis: dũmodo ꝑsidẽs sit resolutus ⁊ arguẽtes tranquilli. Ceteꝝ vbi res cũ cõtentiõe (q̃ ꝓculdubio ex inani gl̃ia ꝓcedit nolente vinci (agit̃: nõ lumina: sed nubila prodibũt. Tales clamosi apparere volũt corã hominib⁹ vulgarib⁹: siquidẽ illos doctiores putant quos sonorosius audierint clamãtes. xlvi. dist. §. i. ⁊. ij. Rogem⁹ dñm.

Feria sexta post Letare. xxx. Martij.

Stultorum infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū.

Vicesima septima turma est Temerarie contra deum loquentiū (Stroffnarren) Ipsi sunt qui deum in suis operibus corripiūt Dinoscuntur autem tribus nolis.

¶ Prima nola est arguere de nimia seueritate. Sunt qui de deo conquerunt cū multū affligunt: vel magna paupertate vel infamia: vel pse cutione: vel infirmate aut tentatiōe: dicētes deū esse crudelem erga se vl alios tribulatos: ꝛ plus eis aduersitatis dare q̄ portare possint: ꝛ se a deo esse derelictos ꝛ abiectos. O q̄ grandis est hec stultitia fratres: vt b̄ putet esse seueritatis: qō est maxie iustitie imo benignitatis ꝛ misericordie. Dicite mihi fratres. Si q̄s mortē demeruisset: iudex aūt eundē flagellis cedere iuberet: q̄tenus acerbissimā quā demerucrat mortē euaderet: Si inq̄ talis flagellatus argueret iudicē de seueritate: nunquid maximus reputaret fatuus? Et nimirū nos tales fatui sumus: nos oēs in mundū intrauimus cū debito mortis eterne ꝛ oim penalitatū: quomodo ergo cōtra dñm deū murmurare audebimus quasi sit seuerus: cū flagellando nos sit pīssimus? Nemo ergo amodo ꝓpter flagella que patitur arguat dñm sup seueritate. Memor potius sit illius qō ꝛ Gregorius in Moza. dicit: Si deo inquit iusta placere scimus: ꝛ pati nulla nisi q̄ placuerint possum⁹: iusta sunt cūcta q̄ patimur: ꝛ valde iniquū est si de iusta passione murmuramus. Si tibi dñs pius pater alapam dederit manu sua: noli recalcitrare cōtra eum: pede affectus tue indignationis aut vilipensionis deteriorē partem reportabis: qui sursuz versus pugnat pede: de facili dorsotenus reliditur. R

¶ Scōa nola est: Arguere deū de nimia benignitate. Et quō hoc inquis? tribus modis. Vel q̄ recipit magnos pctōres ad penitentiam. et dat eis magna dona. Vel q̄ tolerat male agentes diu in malis suis et nō punit. Vel q̄ dat impijs ꝛ sceleratis magnas prosperitates.

Vis videre facultatē talium? Dic denuo in quo arguis dei benignitatem: quatenus cōpetenter fatuitatem tuā tibi manifestare possim. ideo inquis in primis q̄ recipit pctōres: hoc ipsum ꝛ arguebant in Christo Scribe ꝛ pharisei. Luce. xv. ꝛ ō Zacheo Luce. xix. Noli eis fieri similis sed considera: quia Christus pastor est: ergo relictis nonaginta nouem querit vnā perditā ouiculam. Et pater est: ergo filium perditū suscipit. Hoc officiū suū: ꝓpter pctōres venit: pctōres ergo recipit. Sed q̄d est scōm ꝓpter q̄ turbaris? hoc est quia in malis perseuerātes diu tolerat: qui digni essent vt quia nō conuertuntur a peccatis mox punirentur a dño ꝛ perirēt. O frater si sic tecū ꝛ mecū egisset dñs: vbi putas essemus modo? timeo q̄ in pfundo inferni. Si mox post peccatū primū scōz vel tertiū immo centesimū etiā millesimū: nos nō tolerasset misericorditer: fere oēs consumpti fuissemus. Non sic aūt fecit nobis: sed scōm magnā S

miscdiam suā expectauit nos vt nostri misereretur. Deo gratias. Qd
3 ergo tibi factū est gaude: ⁊ vt alijs itidez fiat exopta. Porro q̄ prospe
ra malis in pctō perseuerātibus deus tribuit: noli emulari: plane ad eo
rū bonū hoc nō est sed grauissimā dānationē. Siquidē hoc agit dñs ad
retribuendū eis mercedem de illo modico bono qd faciunt hic: ne sit ir
remuneratum. Quā rationem assignat Chrisostomus de pe. distin. iij.
Quid ergo turbamur in fratre.

¶ Tertia nola est: Arguere deū de temporis inequalitate. Sūt stulti
murmurādo cōtra deū de aeris intēperie: vt cū est multa siccitas: vel cū
est nimia inundantia aq̄ꝝ: vel cū est intensus calor vel frigus perdurās
1 et hmōi. quasi deus nō bene disponat ista. Quāta queso hec stultitia?
quasi sapientia dei nō disponat oīa suauiter: ⁊ sapientiores simus deo.
⁊ eū velimus instruere quēadmodū mundū regere debeat ⁊ gubernare
2 Ignoras tu quia vermiculus es: ⁊ dñm regē celi: sapientiam summā:
o stulte arguere sup insipienti regimīe niteris ⁊ inculpare? Abraam ait
dño. Loquar ad dñm cū sim cinis ⁊ puluis. Nunqd tu maior es patre
T nostro Abraam? Vis ne tu o ignicule solem adiuuare facibus? vi. q. i.
si omnia. Quasi egeat tuo lumine lumen diuine sapientie: ⁊ non videat
quid iustum: et bonū: cū ipse sit primū iustum: immo iustitia a qua om̄e
3 qd iustum est: est iustum prima regula. Quid frustra niteris ⁊ fatiga-
ris de tempestate aure disputans: cū ꝓpter tuum opinari regere aut op
tare prorsus nihil mutetur in rebꝫ? nunquid ad verba tua plu[illegible]cessat
4 aut incipit: in nubibus tonat aut fit silentium? Cur nō quiescis ⁊ agis
que tue sunt opere? Veniat tibi rogo in mentē pater ille heremita: q vt
legitur in Vitaspatrū: nunq̄ꝫ in orto poterat habere herbas vel fructus
bonos: quia sepe murmurabat de aeris intemperie. Accedens autē ad
quendam aliū heremitā: inuenit eū pulchrū ortum habere ⁊ oleribus ⁊
fructibꝫ repletū. Interrogabat quō h̄ ei acciderit: ⁊ quid faceret. Respō
dit q̄ colebat ⁊ serebat ⁊ residuum deo cōmittebat: non postulans plu-
uiam vel serenū sed deo cōmittens totū. Ex quo exemplo cōpunctus sic
5 ⁊ ipse fecit ⁊ postea bonū ortū habuit. Sic sic fac ⁊ viues. Merito qꝛ
seruus es nō licet te ad altiora dñi tui tendere: neq̄ꝫ ad alia nisi ad ea q̄
spectant ad officium tuū respicere: ⁊ talia posteaq̄ꝫ cognoueris diligen
6 ter exequi. Ita te facere iubet sapiens. Ecclesiastici. iij. Ea q̄ precepit
tibi deus semꝑ cogita: et in pluribꝫ operibus eius ne fueris curiosus.
7 Qꝫ si vtiq̄ꝫ curiosus esse volueris ⁊ scrutari q̄ dei sunt: nō sine tuo gra
ui dāno hocerit: quippe q̄ qui scrutator est maiestatis oꝓprimet̄ a glo-
8 ria. Bestia que montē tetigerit lapidatur. Mons hic deus est ⁊ sua
consilia: suumq̄ꝫ sapientissimū regimen. Retrahe pedē ne tibi cōtingat
V qd ceruo qui curiosius diligēs hominē intueri ab eo sagitta percutitur
9 qd ceruo homo tibi curioso deus. Qui aliena sibi nō congrua vel nō
cōmensurata attentat officia facere: si inde damnū qd Simeus carpen
tarij vices supplere volens passus fuit experiatur: iuste patietur. Siqui

dem lignū findere volens: fissura se claudente captus mansit. Noli er go que mysteria sunt dei ⁊ sui officij psumere. Doceat te sapiētissimus ille apl's: qui stans ad dei maiestatē nihil in ea scrutari temere psumpsit sed stupens exclamauit: O altitudo diuitiar sapiētie ⁊ scientie dei: q̄ in cōprehensibilia sunt opa eius ⁊ inuestigabiles ꝛc. Sciebat q̄ hoc est illud mare magnū: pfundū: in quo natat ouis: submergit elephas. Noli ergo te pfundo cōmittere: sed fide ⁊ admiratione supnatato. Humiliare sub potenti manu dei: ei seruire nitere ⁊ placere: ⁊ venient miserationes eius sup te: dū alias tua curiositate perires. Rogemus dñm.

Pluraliū in beneficijs

Sabbato post Letare. xxvi. Martij.

Stultorū infinitus est numerus. Eccls. i. Euāgeliū

Vicesimaoctaua turma stultoꝝ est: pluraliū i beneficijs (pfrund narren) Illos loquor q̄ sine rationabili causa plura tenēt. Que autē sint cause ipsi viderint qui talibus onerati sunt. Possunt autem dinosci septem nolis.

¶ Prima nola est: se onerare cū vno bñficio curato: peius si cū duab
1 curis: aut vno simplici alio curato. Asserit btūs Tho. ij. ij. q̄ quicūq̄ p se petit beneficiū curatum: eo ipso q̄ petit et se offert efficit indignus: ꝓpter p̄sumptionē. Vide in. ij. ij. Gerson in fine de directione cordis
X mitioꝝ est: et verba bti Thome modificat. Utinā intelligerēt q̄ se cure
2 animaꝝ ingerūt: attenderent q̄ potius onus q̄ beneficiū assumūt grauissimū: faciunt subditoꝝ se duces cultores et placatores dei. Utinam
3 fm nomen sic et laus eoꝝ. Videant quid spoponderint: ne supra virtutē fecerint: cōtra illud Eccī. viij. Nō spondeas supra virtutē. Animā in susceptione p̄me ecclie impignorasti: et adhuc aliā suscipis ecclesiā: et tñ aliā animā nō habes quā in pignus ꝓ ea ponas.

1 ¶ Scōa nola est: vicarios ponere (Statthalter: verweser) Qualis hec q̄so stultitia et ridiculū: matrimoniū cōtrahere, spe ponēdi vicariū:
2 vxorē habebis: et alius dormiet cū ea. maledictio est. Deut. ij. Si vicariū ponere sufficit: eadē ratiōe laicus vnus imo etiā mulier posset habe-
3 re decē bñficia ecclesiastica: posset em̄ ponere vicarios. Sed quero de vicario illo quē substituere niteris qualis sit: an sit minus bonus vel eque bonus vel melioꝝ q̄ tu. Si min⁹ bonus: tūc naturalis ratio dictat q̄ nō est recipiēdus ꝓ eo. operarius em̄ in vineā alicui⁹ cōductus nō pōt vicariū minus bonū ponere. Sed est inq̄s eque bonus vel etiā melioꝝ: si ita est: que ergo causa est q̄ tu duo tenes beneficia: ille vero nullum?

¶ Tertia nola est: plura simplicia bñficia tenere. Hoc vtiq̄ neq̄ licet:
1 nec expedit: neq̄ decet. Nō licet: in curia p̄cipis secularis nulli habenti vnū equū dūtaxat licet auenā quererep duob⁹ aut trib⁹ equis. Et
Y quō liceret in curia dei. i. ecclesia querere p̄bēdas tres ꝓ vno equo?
2 Nō expedit: q̄uis aliq̄n licitū esset alicui viro honesto et discreto habere plura beneficia: tamē q̄ amatores tēporaliū accipiūt inde exemplū
3 cupiditatis et auaritie: nō expedit. Est tandē indecens: aliquid em̄ decens esset in aliqua psona q̄d tñ indecens est in alia: p̄cipue vero in viris literatis qui debēt spiritaliter esse oculus ecclie: indecens est terrenitas et macula cupiditatis et auaritie. Utinā attenderent deformitates illius pluralitatis beneficioꝝ: et cognoscerēt quēadmodū multi p eā defraudant. Defraudant primo deū honore et seruitio: deberet em̄ habere duplex seruitiū de duobus beneficijs: et nō habet nisi vnicū. Secundo corpus ecclesie debilitat membri vnius ablatione: sicut corpus vnius hominis debile est ex defectu pedū. Tertio defraudat aliquē pauperē

clericū: qui deberet alterū illoꝝ beneficioꝝ habere. Quarto vicariū: cū vicarius habeat laborē ꝛ iste mercedē. Quinto subditos: a quibus metit carnalia: cū eis non seminat spiritalia.

¶ Quarta nola est: nobilitatē: peritiā aut tēporaliū administrationē prętendere. Sunt qui pluralitatē beneficioꝝ sibi nō putant illicitā: qꝛ videlicet sunt nobiles aut doctores: aut apti ad tēporaliū administrationē. Sed sciant inprimis doctores ꝛ nobiles: q nō intuitu eaꝝ psonaꝝ sed cōmunis boni ecclesie facilius cū eis dispensat. Dicit em Panor. q nulla dispensatio fit: nisi habeat respectū ad bonū publicū ꝛ ex rationabili causa. Nā dispensatio que fit propter prerogatiuā psone fit propter bonū publicū. Nam plus prodest ecclesie bonus ꝛ literatus q̄ decem illiterati ministri. Et quandoq̄ nobilis ꝛ potens plus ad defensionē ecclesie ꝛ iuriū eius proficere potest q̄ plures ignobiles ꝛ plebei. Habzielem vide dis. xv. quarti. Iterū audiāt nobiles: si filij dei sunt ꝛ ecclesie dei vtiles: nō volentes excedere mensurā nobilitatis sue: forsitan iustum est vt de beneficijs ecclesiasticis p̄ ceteris accipiant: si fieri potest absq̄ iactura animaꝝ. Sed si filij diaboli sunt: qua ratione de bonis dñi accipiāt? Nunquid dns debet nobilitatē filioꝝ diaboli honorare? Similiter si inutiles sunt ecclesie dei: vel nociui suo prauo exemplo: nō videt iustū q̄ pre ceteris cōmodū habeant ab ecclesia: exquo ecclesia cōmodū nō habet ex eis. Dicit Lombardus: q ipse nolit habere accipitrē qui capiat alaudā ꝛ comedat gallinā. Similiter dns nō vult habere in ecclesia sua qui multū constent ei: ꝛ nihil ei prosint. Legant p̄terea. c. venera. de preben. qō intuitu huius Argentinen. ecclesie emanauit. Porro in eos qui credunt se posse habere multa beneficia: quia sapientes vl̄ potentes sunt quoad seculū: dicimus q auaritia ꝛ cupiditas docet eos in hac parte. In dolosa em statera cupiditatis sibi nihil ponderant spiritalia: sed sola temporalia. Unde Bernardus loquens de auaris prelatis. Optimi dispensatores rerum: qui de maximis minimā ꝛ de minimis maximam curam gerunt.

¶ Quinta nola est: de rerum ecclesiasticaꝝ bona expensione cōsidere. Sunt qui credūt q bene possint talia habere: qꝛ bene expendunt. Sed plane hoc non sufficit medico: q bene ea que sibi ab infirmo dant expendat: ꝛ nullā de eius infirmitate curam gerat. Sed ꝛ non sufficit aduocato bene expendere solariū: ꝛ se nō intromittere de causa. Nec stipendiario sufficit stipendia sua bene expendere: ꝛ de guerra se non intromittere. Sic clerico habenti beneficia ecclesiastica nō sufficit bene ea expendere: nisi faciat officia quibus illa annexa sunt.

¶ Sexta nola: doctoꝝ opinioni ꝛ multoꝝ cōsuetudini inniti. Scis quia lata est porta ꝛ spaciosa via que ducit ad perditionē: ꝛ multi sunt qui intrant p eam. Matth. vij. Et angusta porta ꝛ arta via que ad vitam: ꝛ pauci intrant eam: neq̄ aliqua consuetudo potest eos tueri. vide Gabrie. dis. xv. quarti. Porro opinio doctoꝝ solenniū ꝛ tutior est: q ꝛ

nō sit salus ei qui duo tenet beneficia: quoꝝ qđlibet sufficeret sibi. Hec decisio facta est Parisius tpe Guil. parisien. episcopi: cui oēs exceptis duobꝫ consenserūt. De quoꝝ vno legimus in speculo exemploꝝ: qui nominabat Philippus: ⁊ erat cancellarius parisien. ꝙ volebat moriēs cū pluralitate beneficioꝝ experiri: si quis saluus posset fieri: ⁊ dānatus est Sic ⁊ quidā alius: alias probus ⁊ honestus: qui ꝓpter hoc solū damnatus fuit. Dic historias ex speculo exemploꝝ. Decepit eos plane affectio tēporaliū: vt ita false opinarent: ita opinari auaritia eis consulit. Qualis fuit is de quo legit: ꝙ cū longo tpe affirmasset hoc esse mortale pctm̄ dū vnicū beneficiū habebat: dato sibi secundo beneficio asseruit ꝙ licite posset quis plura beneficia habere. Et addidit: ꝙ nullus posset hoc in-
3 telligere nisi qui haberet ea. Exs̄. Lug. O he q̄ꝫ viles se reputant qui p̄ nimio desiderio lucri incedunt ꝑ viam illam: quā tot boni viri asserunt latronibus plenam: precipue cū videant literatos viros qui ꝑ eam ceperunt ire ad vltimū relinquere eam: ⁊ nō audere vltra transire: resignāt nec em̄ audent mori cū multitudine talium beneficiorum.

B ¶ Septima nola est: se ꝑ dispensationē prelatoꝝ tueri. Sunt q̄ mirū immodū huic baculo innitunt. sed vtiqꝫ arundineo. Nihil em̄ valet dispensatio etiā pape: nisi suffuerit rationalis ratio ⁊ causa. Legit in speculo exemploꝝ dis. v. exēplo. ij. ꝙ cū beatissimus papa Gregorius. ix. interrogaret: si posset de plenitudine potestatis sue cū plurimoꝝ beneficiorū detentoribꝫ dispensare. respondit: Nō possum: nisi sup̄ vexatione tm̄ detinentiū dispensare. Quis ergo erit sapiens? ⁊ fallat se sibi sup̄ dispensatione aliqua blandiat? Hec ibi. Ait Joan. Gerson: Si teneat quis plura beneficia ex dono superioris: in casibus nō excusantibꝫ hāc pluralitatē: peccare potest vterqꝫ. conferens ꝑ indiscretionē: recipiens per ambitionem. Nihilominus occupans restituere percepta nō tenet: sed nisi peniteat ⁊ pro futuro prouideat: non erit ei salus. Item videat Guilhel. Parisien. in speciali tractatu de ⁊ cōtra pluralitatē beneficioꝝ. Ubi (puto) ait papam vtiqꝫ contra auaritiam taliū dispensare nō posse. Item videat Gabriel vbi supra. Tandē si dicat aliquis: per dispensationem prelatoꝝ hec fieri: ꝙ vnus habeat plura beneficia. Respōdet autor summe vitioꝝ Lugd. ꝙ si prelati omnia bene facerent: non dixisset dn̄s de ipsis Matthei. xxi. Scđm opera eorum nolite facere. Unde Bernardus. Non sum tam rudis vt ignorem vos positos dispensatores: sed in edificationē: non in destructionem. Ubi necessitas vrget: excusabilis dispensatio est. vbi vtilitas prouocat: dispensatio laudabilis. Utilitas dico cōmunis: nō propria. Nam cum nihil horum est: nō plane fidelis dispensatio: sed crudelis est. Rogemus dn̄m.

dissipatio

Dominica Judica. Prima Aprilis

Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū.

Decesimanona turma stultoꝝ est: temere alios iudicantiū. Dico notanter temere: non enī omnes qui alios iudicant stulti sunt. Sunt enī quedā publice persone: scz iudices cōstituti super populū: qui sue iurisdictiōi subiectos ex iustitie inclinatione ordine iuris seruato iudicāt iuste. Hi nō stulti: sed sapiētes: dñi iudiciū iudicantes. Quales sunt de quib⁹ Deut. xvi. Judices ⁊ magistros pstitues in oib⁹ portis tuis: vt iudicēt populū iusto iudicio. Sunt deinde etiā priuate psone: qui ex cuidētia facti iudicāt alios esse malos: puta homicidas. qz viderunt eos occidentes hominē. Et neqz hi stulti sunt aut petōres.

Sunt preterea qui iudicant malum de ꝓximo ex signis euidentibꝫ: vt si aliquis iudicet aliquē fornicatorē qꝛ vidit eum cū aliqua nudum cū nuda: solum cū sola: ⁊ hoc similiter nullum est pctm̄ Sunt tandē aliqui q̄ temere de alijs iudicant: eos malos reputātes nulla causa cogente. Et hi sunt de hac stultoꝝ caterua. Et dinosci possunt septem nolis.

¶ Prima nola est: ex leuibꝫ indicijs de bonitate alicuius inc pere dubitare. Paruula hec nola est qꝛ veniale ⁊ leue pctm̄ qꝛ ꝓcedit ex humana infirmitate: ⁊ hoc nō vocat̄ iudicium ꝓprie sed suspicio ait Lyra Mat. vij. Pertinet em̄ ad tentationē humanā sine qua vita nō ducit̄. vt habet̄ in glo. sup illud. i. Cor. iiij. Nolite ante tēpus iudicare. Et vnde procedit inquis ex leuibus indicijs opinio mali de aliquo? Dicit b. Thom̄. ꝙ

est: nō sunt eis peccata humana: hoc est. nō sunt eis actus imputabiles ad cupā: sed tibi. quia etsi respectu eoꝝ nō sint voluntarij: sunt tñ volūtarij respectu tui: qz ad tales eos inducis z cōsentis. Sed dicis: de habentibus vsum rationis bene credo: ꝙ si eos ad tales actus inducerē: grauiter peccarem. qz prestarem eis occasionē peccādi. Sed illis occasionē peccandi nō presto: qz peccare nō possunt: saltem culpabiliter: eo ꝙ vsum rationis nō habent: z p cōsequens actus eoꝝ nō sunt humani: neꝙ culpe. z sic ad peccandū eos nō induco. Respondeo vt prius: z sup hoc vide Marti. magistri in tractatu de tēperantia in materia de pollutione in vno articulo: vnde poteris elicere solutionē cōgruā propōsito Nō sunt sic irritandi fatui aut alij passionati facile mobiles ad irā aut ebrietatē aut alias passiones. Dicit qz Saraceni naturales fatuos in magno habeant honore z reuerentia ꝓpter innocentiā eoꝝ: z qz sine pctō sint. Nō simus nos deteriores igit turcis. Tractemus eos mansuete: inducanꝫ iuxta eoꝝ capacitatē ad deū colendū in exterioribꝫ: vt leuent manus: genua flectant: quēadmodū pueros docemus. Est hoc contra eos qui eos qui semifatui sunt integros efficiūt fatuos: qui bona institutione possent ad bonum vsum rationis induci. Nō dubito quin grauiter peccent: qui tales semifatuos omnino reddunt fatuos.

¶ Septima nota est: iocos nō pati: ꝑsertim a fatuis cum quibꝫ tñ ipsi iocanꝫ. Sunt quidā adeo agrestes: vt neꝙ iocos faciant: neꝙ pati velint. De quibꝫ Aristo. z Tho. ij. ij. Porro alij qui cū fatuis z pueris iocari volunt: sed nō expectare ab eisdē iocos: sed mox incandescūt contra tales. Utiꝙ iuste fatui a cūctis reputati: sūt eīm. Qui pyramides vult subuertere: vt reponat debitū est (wer keglen will der sol vffsetzen) Et qui est cū lupis: vlulare debet cū eisdē. Et vnde est putas: ꝙ nolūt sufferre alioꝝ cū quibꝫ iocanꝫ iocos? Plane ex superbia eoꝝ: nō eīm putant aliquos sibi similes esse: sed omnes se precedere: existimat se prudentiorē esse ꝙꝫ ꝙ debeat trahi in iocū. Sunt hi (vt dicit in speculo vestro) qui plus dolent de hoc: ꝙ vnus solus eis preferꝫ ꝙꝫ viginti eū sequuntur Similes in hoc Aman: cuius z penā frequēter sentiunt: de quo legit ꝙ ab omnibꝫ honorabat: solus aūt Mardochaeus eū neꝙ adorare neꝙ assurgere voluit. Inde igit grauissime indignatus fecit sibi erigi patibulū: in quo tñ ipse tandē nō Mardochaeus suspensus fuit: vt legit in Hester. Noli o frater sic infatuari: vt te vltra oēs efferas. Sine te cōnumerari inter alios: z aliqū patere iocos quos alijs infers. Noli moribꝫ tuis te ostendere fatuū z vacuū: superbis inꝫ moribꝫ exterioribus Plane qui hec viderint: te sterilē intus vacuū z vilē iudicabunt. Rose z lilia pulcherrimi flores minimū imo nullū fructū ꝓducūt: ecōtra triticū z vinee que paruū florē: z ficulnea que nullū ꝓducit florem: vberrimū afferunt fructū. Intuere aristas. Nōne que surfum erigunt se rami z spice min⁹ onusti sunt pomis z tritico: ecōtra que deflere sunt ad terrā? Et superbia eoꝝ qua te oderūt ascēdit semꝑ: z palee vermiculosaꝙ

pisa semp̄ sup̄natant: sana aūt fundū petūt. Et reuera oēs qui se erigūt vacui sunt virtutib̄. Ceterū parietes quāto viliores (lutei videlicet) tā tomagis ornant̄ ⁊ depingunt̄ ab extra: secus de marmoreis. Et sup̄b̄ ornatus exterior iactantia ⁊ ostentatio signa sunt interioris vilitatis. Quid multa: signa sunt hec filioꝝ diaboli. Dixit beatus Augustinus Quēcunq̄ superbū esse videris: diaboli filiū esse nō dubites. quē vero humilē esse prospexeris: dei esse filium cōfidenter credere debes. Dicit beatus Hieronymus de se ad Albigensem: Nihil a pueritia ita vitare conatus sum: vt animū tumentē ⁊ erectā ceruicē: dei ꝯtra se odiū prouocantē: vt dicit Lampartica. Ne igit̄ extollas te in cogitatione aīc tue: velut thaurus. Ne forte elidat̄ virtus tua p̄ stultitiā: ⁊ relinquaris velut lignū aridū in eremo. Eccī. vi. Vere sic accidit frequenter. vt relinquant̄ tales superbi. Frequenter em̄ videt̄: q̄ dū superbus nō est cōtentus honore vel gradu vel statu habito vel ei oblato: sed maiorē statū vel dominiū maius sup̄biendo cupit: vtrūq̄ perdit. Accidit eis qd̄ fatuis mercatoribꝫ: qui rem venalem nimis charam facit ⁊ tenet: ⁊ ideo nec accipit qd̄ offert̄: nec quod accipere cupit. sed vtroq̄ caret. Ita illi dū seipsos maioris tenent valoris ⁊ potestatis ⁊ dignos maiori statu vl̄ dominio q̄ alij teneant. dū nolunt tenere qd̄ habēt in pace vel accipere qd̄ eis offertur: sed maius desiderant: frequēter inter duo scamna cadunt. Sic Lucifer Ysaie. xiiij. Sic Adā Gen̄. iij. Hi vespertiliones inter diem et noctē volantes neq̄ dici neq̄ noctis sunt: neq̄ nobiles neq̄ plebei: dedignant̄ noctē plebeioꝝ: qꝛ putant se meliores eis: neq̄ admittunt̄ ad diem nobiliū: gloriā scilicet eoꝝ. De quo Job. Diem hominis nō vidi: quia a nobilibus despiciunt̄. Sunt seminobiles (statt iungkhern: Jo iungkher) qui neq̄ volunt alios nobiles vobizare neq̄ tibizare audent Sic igitur nitunt̄ suos moderare sermones: vt neutrū faciant: ⁊ dicūt (er) Quo fit vt fugiant cōuersationem vtrorūq̄: scilicet nobiliū ⁊ ignobilium. efficiunturq̄ aucupes ⁊ venatores in campis ⁊ nemoribus: vt videre licet infra. xxiiij. C. ⁊. D. de venatoꝝ vanitate. fm q̄ dicit Franciscus Petrar. de venatu ⁊ aucupio. Seminobiliū inquit vltimi ordinis exercitium hoc videbis: quos a rebus arduis torpor quidā ⁊ ignauie comes diffidentia: ab humilibus autē pudor ac superbia dehortantur ac trahunt. Ad honestum igitur nihil idonei siluas colunt: non vitam solitariam acturi. cui non minus q̄ politice se ineptos sciunt: sed feris ac canibus ⁊ volucribus conuicturi. quod non facerent nisi illis similitudine aliqua iuncti essent. Horū opus non est nisi aucupiū (Fincken faber: trincker: spieler: spacierer) qui equitant in ecclesijs super pugionibus. Quā nociui sunt tales vespertiliones reipublice democritice Argen̄. vbi plebei tenere debent principatū: siquidem semp̄ due partes sunt plebeorū: ⁊ vna pars nobilium in consulatu. Sed quidā plebei aspirantes ad nobilium statū peruenire: ideo eis assentiunt: cum tamen ex parte plebeoꝝ de quorū numero sunt esse deberent.

Ledentium serio

Dñica.xvij.

Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs.i. Euangeliū.

Sexagesima octaua turma stultoꝝ est: Serio ledentiū (ernst narren: letz narrē) Ordine cōgruo de his (q̄ serio mala inferūt verbo aut facto: nolūt aūt repati) dicit post illos qui pati nolūt iocos q̄s inferūt. Ipsi sunt q̄ nocere alijs volunt oēs sibi facere inimicos: nolūt aūt uocumēta repati ab alijs q̄s serio offendūt. Essent h̄ pulcherrima de serio multiplici dicenda: quēadmodū q̄dā a natura: alij a gr̄a: tertij a culpa seriosi sint. Dicit Pli. li. vij. na. hist. ca. xix. de Crasso: qui

nunq̄ risit: vñ ⁊ Gelastus vocat⁹ est. ⁊ Socrates sp̄ eiusdē tenoris fuit in vultu. In alijs aūt hic teuor in q̄ndā rigorē toruitatēq; nature durā ⁊ inflexibilē exit: affectusq; humanos adimit: q̄les apathes vocāt greci. Multos ei⁹ gñis expti: qdq; mirū sit autores maxie sapiētie Dyogenē Cynicū Pirrhonē Heraclitū Timonē: hūc q̄dē etiā in toti⁹ odiū generis humani euectū. Hec ille. Manus eius ꝯtra oēs ⁊ oim manus ꝯtra eū (niemans frūndt: lütschüch) Ecce sapiētes quosdā extra modū seriosos Possent hic dici ea q̄ pouit Aristoteles ⁊ Tho. ij. ij. de agrestib⁹. Itez puto a gr̄a singulari dei. Joan. Chrisosto. eā habuit virtutē (fm Lam particā) vt etiā valde terribiles humiliari cogeret ⁊ timere. Et Ezechieli dixit dñs: Ecce dedi faciē tuā valentiorē faciebꝫ eoꝝ: ⁊ frontē tuā duriorē frontib⁹ eoꝝ: vt adamantē ⁊ vt silicē dedi faciē tuā. Ezechielis. iij Porro de quibusdā solitarijs inciuilib⁹ ⁊ feris fugiētib⁹ societatē hoim loquit̄ Gerson circa finē Magt̄: in materia de vita solitaria. Poteris de hoc videre ad placitū: ⁊ esset pulchra materia: sed transeo. Est mihi animus nō de illis: sed p̄cipue de his qui alios facto vel verbo cōtumelioso nocent serio: ⁊ nolūt repati. Possunt autē dinosci quinq; nolis.

¶ Prima nola: ꝯtumelias dicere īdiscrete sub correptiōis spē. Licet aliqn tñ raro ⁊ nō sine necessitate cā correptiōis dicere ꝯtumelie verba. Declarat b. Tho. ij. ij. nā ⁊ chēs discipul̄ dixit: Stulti ⁊ tardi corde ad credēddū. Et Paul⁹ dixit: O insensati galathe. Sūt aūt q̄ indiscrete h̄ faciūt: ⁊ nō vere ꝓpter correptionē: sz solū sub specie correptiōis: ⁊ putāt se correptore[illegible]tū tñ sint poti⁹ corruptores ⁊ sue vindicte ⁊ ire satisfactores (nit stroff: sz roch) De illis dicit Eccus. ca. xix. Est correctio mēdax ī ore ꝯtumeliosi. Vere mēdax est tal̄ correctio: mētit̄ eñ se correptionē cū poti⁹ sit cōuitiatio. Dicit Tulli⁹. Monere ⁊ moneri est officiū vere amicitie: ita tñ q̄ adulatiōe careat admonitio ⁊ cōtumelia obiurgatio.

¶ Scda nola est: cōuitiū leue dicere: nō multū hominē dehonestans: ex animi leuitate aut leui ira absq; firmo ꝓposito aliquē dehonestandi. puta cū aliquis intendit aliquē p̄ hmōi verbum leniter contristare. Est hec nolula paruula: qz veniale peccatū fm beatū Tho. sed bonū est omnino dissuescere: ⁊ os suū nō deturpare cū talibus verbis conuitij.

¶ Tertia nola est: cōuitiū graue dicere aīo iniuriādi vel vlciscēdi aut dehonorādi. Et grauis ⁊ magna nola: qz pctm̄ mortale. Si damnū inferri ꝓximo in ablatiōe vni⁹ floreni est mortale pctm̄: maius plane ī ablatione honoris p̄ cōuitiū: q̄nto maior est bona fama q̄ pecunia ⁊ grauius detractiōe. Sicut rapina grauior furto: qz maior cōtēptus hic: et ibi itaq; mortale: qz ꝯ charitatē ꝓximi: ⁊ pena mulctat̄ eterna: vt dicet̄.

¶ Quarta nola est: cōuitiū indiscrete tolerare nō repellendo. Sunt q̄ ex fatuitate sua tolerant cōuitia eis serio illata: cū tamen tolerare nullo modo deberent: ⁊ non vtunt̄ serio cū vti deberent. sed vt fatui in risum conuertunt. Et qñ hoc est? Est in duobus casibus. Primo propter bonū eius qui contumeliā infert: vt videlicet eius audacia reprimatur: et

de cetero talia nõ attentet. Prouer. xxvi. Responde stulto iuxta stulti-
tiã suã. Scdo ꝓpter bonũ multoꝝ: quoꝝ ꝓfectus impedit ꝓpter cõtume-
lias nobis illatas. Unde Gregorius sup Ezech. Hi quoꝝ vita in exẽ-
plo. Uide. ij. ij. Tertio tacendo: vt contumeliantẽ ad iracundiã ꝓuocet
Dic solutionẽ ad tertiũ: vel fac specialẽ nolam ex hoc tertio. Posses cõ-
grue inuenire septem nolas: si placeret.

P ¶ Quinta nola est: conuitiũ serio illatũ nõ discrete tolerare. Qui pro
pter cupiditatẽ honoris priuati deprimunt cõuitiantẽ: vbi videlicet ni
hil precedentiũ trium occurrit ꝓpter que teneant supprimere cõuitiantẽ
Grandis plane hec stultitia: nolle tolerare contumeliã: sed repugnare:
ꝛ se tã studiose tueri: querere que sua sunt: propriũ idolũ colere: parum
de contemptu dei ꝛ proximi anime damno: qđ sibi ꝑ pctm̃ cõuitij quod
tibi intulit incurrit curare. Hec duo tibi nõ sunt cordi: nõ mordent. sed
illud est qđ intantũ te male habet ꝛ furere facit: quia te cõtempsit. Noli
hanc rem pessimã facere: sed querere gloriã dñi dei tui: ꝑ hac zelato ꝛ sa
lute anie tue ꝛ proximi: sic fac ꝛ viues. Porro summopere etiã caueto
ne proximo cõuitiũ inferas: nõ putes qꝛ paruũ sit pctm̃: plurimũ nocet.
1 Et quid inquis nocet? Cor eius cui dicis cõuitiũ: multũ vulnerat fla-
gelli plaga (ait Sapiẽs) liuorẽ facit (anmal: blaw: tulsch) Plaga autẽ
lingue cõminuet ossa. Eccl. xxviij. Inde btũs Hieronymus. Sicut ho
mo cauet ne ꝑcutiat aliquẽ cũ baculo: sic cauere debet ne percutiat eum
2 conuitio. Paruũ tibi forsitan hoc videtur: audi quod sequit. Charita
tem seu amicitiã destruit: etiã vsqꝫ adeo ꝙ vix poterit reparari. Mittẽs
lapidem in volatilia deijciet ea: sic qui conuitiat amico dissipat amici-
Q tiam. Eccl. xxij. Et ibidẽ. Ad amicũ est concordatio: excepto cõuitio im
3 properio ꝛ supbia ꝛ mysterij reuelatione ꝛ plaga dolosa. Homo assue
tus huic pctõ vix corrigit. Eccl. xxiij. Homo assuetus verba impropе-
rij omnibꝫ diebus suis nõ erudiet. Nemo hanc ab eis auferet cõsuetu-
dinẽ: preter mortem. Qui cõuitia dicunt frequenter cõuitia audiunt.
4 Unde Sap. Qui pergit dicere que vult: audiet que nõ vult. Prouer.
xiij. Impius cõfundit ꝛ cõfundet. Et eiusdẽ. xxvi. Qui voluit lapidem
reuertet ad eũ: ꝛ cadit in foueã quã fecit. Quẽadmodũ Perillo accidis
se legit apud Ualeriũ: ti. de crudelitate: qui thaurũ eneũ quẽ pro puni-
endis malefactoribꝫ excogitauit: a Phalaride tyranno coactus fuit in-
trare. Et Aman in patibulo qđ Mardocheo erexerat: legit fuisse suspẽ
5 sus. Est tandẽ dicere conuitiũ homini signũ impietatis ꝛ magne per-
uersitatis. Plane ex abundantia cordis os loquit. Uitiosum itaqꝫ cor
est: vnde frequenter conuitiũ exit. Et in veritate rusticus est qui rustici
tatẽ libenter dicit. Porro aut cõuitiũ est de malo pene: ꝛ tunc dicendo
oꝓprobriũ homini: exprobras eius creatori: qꝛ omne malũ pene a deo
est. Aut est de malo culpe: tũc audi quod ait Eccus. viij. Ne despicias
hominẽ auertentẽ se a peccato: neqꝫ iniurieris ei. memento quoniã oẽs
in corruptione sumus. Hec ex summa Lugdu. de conuitio.

Dñica.xviij.

Stultorum infinitus est numerus. Eccs.i. Euangeliū

SExagessmanona turba stultoꝝ est: improuidoꝝ (vnfürsichtig narren: liederlich oder versum narrē) in tēporalibꝫ. Uidet̄ hec turba ꝑ om̄ia sil'is ei q̄ suprapositа est. lvij. Sed multū differt hec ab illa: sicut patebit intuenti: tu vtrāq; suo tpe cū vacauerit considera: vt abinuicem secernas. Breuiter fatui de quibus in presentiāꝝ tractabit̄: sunt hi qui de futuris q̄ad tēporalia nō faciunt sibi debitā prouī R

sionē (lond vögelin sorgen) Sicut em̄ quidā sunt q̄ excedunt in solitudi
ne tēporaliū: sicut dictū est in turba tertia: sic quidā sunt deficientium i
solicitudine tēporaliū: ita ꝙ nō adhibēt rationabilem solicitudinē. Pre
tendūt iam xp̄m dicentē: Nolite soliciti esse. Jam Apl'm. Nihil soliciti
sitis. Jam Psalmistā. Jacta sup dn̄m curā tuā. Utinā attenderent qd̄
idem dicit. Non vidi iustū derelictū. Si ꝓpter iusticiam talem derelin
querēt solicitudinē: qualiter fecit be. Frāciscus Alexius: ⁊ alij huius se
culi cōtemptores. Sed nō est in causa cōtemptus seculi: sed negligētia
animi. Et quibꝫ inquis nolis possunt hi dinosci ab alijs iam tactis: so
licitudinez non habentibꝫ laudabiliter? Multe possent tradi: precipue
aūt septem in quibꝫ generaliter om̄es imprudentes dinoscerent̄. s. defec
tus memorie: intelligentie: prouidentie: consilij: iudicij: precepti ⁊ defe
ctus om̄is prudētie tam monastice: regnatiue politice: yconomice ⁊ mi
litaris. In his septem nolis tota materia imprudentie tangi posset. ex
ij. ij. Uel ex Heinrico de arimino. Sed transeo ad presens: ⁊ tres dū
taxat producam: quas elicio ex speculo vestro.

¶ Prima nola est: nihil seruare. Sapientia conseruādi nō minus va
let ad hoc ꝙ aliquis ditetur ⁊ abundet: q̄ꝫ sapientia acquirendi. Unde
Nihil Catho Ouidi. Non minor est virtus q̄ꝫ querere parta tueri. Casus inest illis
S hic erit artis opus. (Guter sparer ist glich gutē gewinner) Uidemus i
exemplo siue simili: ꝙ parua vasa que nō tenent: licet abundanter reci
piant: nō tamen implent̄: vt patet in cribro. Uasa vero magna q̄ tenent
licet nō ita abundanter recipiant paulatim replent̄. Aliud simile. Scri
ptor vnus totā bibliam scribēdo in vno anno sibi acquirit quā aliquis
per totā vitā suam addiscere nō potest: ⁊ tamē alius citius vnā proposi
tionē addiscit: q̄ꝫ scriptor scribat vnā dictionez. Sed hoc ideo accidit:
qꝛ illud qd̄ addiscit̄ nō memoriter retinet̄. Unde ei q̄ in studio vellet ꝓ
ficere: summe necessariū esset. vt illud qd̄ addisceret: ꝓ posse suo memo
rie infigeret. Deinde qꝛ memoria labilis est: scriberet illud: ⁊ quasi de
pergameno aliam sibi memoriā faceret: paꝝ em̄ prodest: ꝙ aqua ita de
facili impressiones recipit cū eas non custodiat. Hec Lugd. in Sū. de
incuria. Sūt qui ridiculose dicūt duos esse sanctos colendos ab his
qui diuites fieri volunt: et nō pati defectum: scz sanctus Uindanus: ⁊
sanctus Seruatius. Nam qd̄ Seruatius seruat: hoc in necessitate re
peritur: qd̄ vulgari nostro theutonico (finden) appellat̄: sed sunt stulti:
qui sunt vt saccus pertusus sine fundo nihil retinentes.

¶ Scd̄a nola est: Nihil acquirere. Ociari volunt: parcentes labori ⁊
corporibus suis. Dicunt: aues nō laborant neq̄ cōgregant in horrea.
Uerꝫ quidem: attamen nō manent sedentes in ramis: sed mane vbi eui
gilauerint auolant ⁊ querūt cibum: faciunt qd̄ in se est: nō habent pru
dentiam cōgregandi aut laborandi: sed volandi. Et tu ergo fac qd̄ in te
est labora: labor tibi exercēdus solicitudo tollenda vt dicetur. Possent
autoritates adduci ex Sūma Lugdu. de acedia. ca. i. ⁊ ca. xij. Uel re

seruari ad sequentē turbā de ociosis. Tu natus ad laborē: z auis ad volandū. Et sicut auis viciose ageret: si nō volaret ad escam manens in ramo: sic z tu dū labore aut alio honesto medio cibum pro te z tuis non acquiris: vt pulchre deducit Ludolffus carthu. Audi apostolum. Si quis non vult operari non manducet. ij. Thessaloniceñ. iij. Sic Joannes qui noluit operari cibum qui perit confusus fuit ab alio fratre. vt in Vitaspatrum legit folio. cxxxiij. i.

¶ Tertia nota est: nihil solicitari de futuro. Nolite solliciti esse: ait dñs Et quis cogitans potest adijcere cubitū ad staturā suam: Et quid solliciti estis: Hec gentes inquirūt: hec in defensionē adducūt sue pigritiei. Nō intelligentes monitionē dñi: nō eñ solicitudinē omnē tollit: sed irrationabilē nimiā scilicet superfluā: z animū inquietantē z suffocantē: de qua dñs Matth. xiij. Solicitudo seculi suffocat verbū. Si omnē solicitudinē prohibuisset: nō dixisset Paulus Romanoz. xij. Qui preest in solicitudine. Et. ij. Tim. i. Cū Romam venisset solicite me quesiuit: vt in. ij. ij. q. lv. ar. vi. z ar. vij. vbi plura ad propositū. Et nedū de presentibus: sed in futurū suo modo solicitari oportet de temporalib⁹ nihilominus salua monitione dñi: qui dicit: Nolite solliciti esse in crastinū. Habet eñ hoc suū bonū intellellectū: ẽm expositionē beati Thome arti. vij. quē vide. Si eñ nihil solicitari de crastino oporteret: non dixisset Sapiens. Vade ad formicam o piger: z considera vias eius: z disce sapentiā, que cū nec habeat ducem nec preceptorē nec principē parat in estate cibum sibi: z congregat in messe quod comedat. Notate verba: signate mysteria. Nota ad formicā. Erubesce o homo discere ab animali z tali animali paruulo: tu qui homo es z rationalis z ad imaginem dei creatus. Erubescat grandiusculus scholaris a paruulo doceri: pudeat ab exiguis animalibus nos mores trahere. Ait Seneca. Formica ducem hominē nō habet: cuius exemplū sequat: nec preceptorem cuius verbo ad hoc doceat: nec principem a quo eius negligentia puniatur. Tu aūt hec omnia habes: z adhuc ea negligentior es: super futuris nihil curans: neq; que animum neq; que corpus respiciunt. O quot mala proueniunt ex his stultis negligentibus prouisionē corporalem: Inde furta: ludi: homicidia. quia currunt ad bella: relinquunt vroues z pueros in fame z nuditate (sugend die dopen) Experiunt vez esse (wer nit gablet so die brem zablet: der laufft im winter mit eim seil vnd fragt bat yemans bow feyl) Prouideant rectores reipub. de his: cogant eos ne sua dilapident: laborent opera manuū suaz: z solicitudinem debitam gerant: alias non sunt excusabiles eiusdem rectores.

¶ Dñica. xix. Festo vndecim milium virginum.

Stultoz infinitus est numerus. Eccs. i. Euange. de dñica

Litigantiū pro temporalibus

Septuagesima turba stultoꝝ est: In iudicio ꝓ tēporalib⁹ bonis litigantiū. Ipsi videlicet q̄ irratiōabiliter ꝯtēdūt nihil solūētes neq̄ remittētes sine ꝯtētione: nō em̄ oēs ꝯtendētes iudicialiter sunt fatui. Quippe ꝙ ⁊ Paulus ad cesarē appellauerit: ⁊ b. Tho. Cantuarieñ. ꝯtra regē Anglie ꝓ tpalib⁹ contendebat. ⁊ hodie multi religiosi actiones intentant: nō tñ stulti sunt. q̄ nō irrationabiliter: sed rationabiliter hoc faciūt. Et quō igit̄ hi ab alijs dinosci poterūt? Septē nolis.

x ¶ Prima nola est: bona cōmēdata ꝓpter scandalū vitandū dimitter e. Sūt duplicia bona: ait b. Tho. ij. ij. Quedā sunt nr̄a: q̄dā ꝟo sunt nob ad seruandū ꝓ alijs ⁊ dispēsandū ꝓ cōitate (vt ait Pe. de Pa.) cōmissa.

Sicut bona eccl̃ie cõmittunt̃ p̃latis: ⁊ bona cõmunia q̃buscũq; reip. rectoribꝫ: hoꝝ ꝯseruatio sicut ⁊ depositoꝝ iminet his q̃bꝫ sũt cõmissa ex necessitate: ⁊ ideo nõ sunt ꝓpter scãdalũ dimittẽda: sicut nec alia q̃ sunt de necessitate salutis. Hec Tho. Nõ sunt inq̃ꝫ dimittẽda ſm Antho. quin scꝫ repetant̃ vel ꝑmittẽda auferri: siue ſm Petrũ de Pal. dis. xxxviij. q̃rti: ꝓpter nullũ scandalũ sunt dimittẽda vsurpãtibꝫ: sꝫ sunt repetẽda: saluis debitis circũstantijs: q̃ debẽt in talibꝫ obseruari. Cui⁹ ratio est: qꝛ fidelis custodia ⁊ dispensatio taliũ incũbit his q̃bꝰ cõmissa est: ex necessitate p̃cepti: ⁊ ideo sicut p̃ceptũ nõ est omittendũ ꝓpter scãdalum: sic nec istud. hec Petr⁹ de Pa. Cõcordat Durãdus ibidẽ. Et sic b. Tho. Cantuarieñ. archiep̃s nõ dimisit q̃n repeteret res eccl̃ie: q̃ꝫuis inde sequeret̃ scandalũ regis Anglie. Audiant h̃ ꝓcuratores hospitaliũ ⁊ ecclesiaꝝ: q̃ timore quocũq; res pauperꝝ aut ecclesiaꝝ ꝑ diuino cultu deputatas in vsus cõitatis aut alios ꝓphanos ꝯuertũt. Ueꝝ dicit hic Anthe. ꝑte. ij. ti. vij. c. iiij. §. vi. Si tyrãnus aliq̃s teneret aliq̃ bona eccl̃ie: ⁊ ex repetitiõe inde sequeret̃ scandalũ: nõ solũ tyrãno sed ⁊ ecclesie: seu ꝓp̃lo vel clero: cõtra quẽ ille malignaret̃: ita q̃ maius esset damnũ sequendũ ex tali repetitiõe ⁊ rehabitatiõe q̃ꝫ ex ei⁹ carẽtia: licitũ ⁊ iustũ videt̃ ea dimittere: h̃ em̃ videt̃ esse redimere vexationẽ suã. Et qd̃ dictũ est: qd̃ nõ debẽt dimitti talia ꝓpter scandalũ: intelligendũ videt̃ ꝓpter scandalũ illius solius. Uel ita qd̃ nõ sequat̃ aliud maius scãdalũ. De facto b. Tho. Cantuarieñ. põt dici: q̃ forte illis temporibꝫ q̃ repetebat erãt annexa spiritalia: q̃ꝝ rex nõ [illegible]at capax: sicut ius ꝑcipiẽdi decimas ⁊ hmõi. Uel etiã qꝛ multa fecerũt scti ad superogationẽ ⁊ maiorẽ ꝑfectionẽ: ad q̃ tñ nõ tenebant̃ de necessitate salutis: sicut q̃ Ambro. ꝓbibuit Theodosiũ intrare ecclesiã añ publicã penitentiã factã: vel eũ in choro stare ⁊ hmõi. Hec Antho. Alludere videt̃ huic dicto b. Tho. in. iiij. scripti: dist. xxxviij. q̃ dicit q̃ qñq; q̃s licite nõ põt dimittere quin repetet sine p̃iudicio alteri⁹ vt cũ q̃s gerit curã rei aliene: siue cõitatꝫ siue alicuius p̃uate ꝑsone: ⁊ tũc peccaret desistendo a petitiõe nisi de ꝯsensu illius cui⁹ curã gerere debet aut nisi timeret maius ꝑiculũ iminere: q̃ꝫ sit dãnũ illius rei. hec ille. Uidet̃ ex his seq̃ q̃ testamẽtarij q̃bꝫ iminet periculũ reꝝ suaꝝ ꝓpriaꝝ: vel lesionis corꝑalis: si bona pauperibꝫ legata heredib⁹ nõ ꝑmiserint cedere culpabiles nõ sint. Nõ em̃ videt̃ q̃ legãs ⁊ legatarius voluerint eos ad h̃ obligari: neq; testamẽtarij ipsi onus h̃ sub tali ꝯditiõe quomodolibꝫ assumpsissent. Sed ꝯ h̃ videt̃ b. Tho. in ij. ij. qꝛ ea q̃ sunt de necessitate salutis: nõ sunt ꝓpter qd̃cunq; dãnũ dimittẽda: ꝯseruatio aũt taliũ: sicut ⁊ depositoꝝ (ſm eundeꝫ) iminet his q̃bꝫ sunt cõmissa ex necessitate: igit̃ ⁊c. Logita ⁊ inq̃re veritatẽ sup̃illo ꝑ serenatiõe conscientie testamẽtariorũ magistri Joã. Symler q̃bꝫ mors erat cõminata ꝑ heredes eius quibus iussu ep̃i prestabant̃ quingẽti floreni: nõ eis sed pauperibꝫ legati.

¶ S. da nola est: ꝓpter scandalũ pusilloꝝ ꝓpria nõ dimittere. Si scandalũ ex nõ dimittẽdo tẽporalia bona q̃ꝝ nos sum⁹ dñi: oriat̃ ꝓpter ignorantiã vel infirmitatẽ alioꝝ: qd̃ appellat̃ scandalũ pusilloꝝ. tũc vel tota

liter dimittēda sunt tpalia: vel aliter scandalū sedandū: scz p aliquā admonitionē. Unde Aug. dicit in li. de ser. dñi in mō. Dandū est q nec tibi neq alteri noceat: quantū ab hoīe credi pōt. ⁊ cū negaueris qd petit indicanda est iustitia: vt nō eū inanē dimittas. Ita em̄ petenti te dabis q̄uis nō semp id qd petit dabis. ⁊ melius ei aliqd dabis: cū petentē iniuste correxeris. Uitare voluit nolā hanc b. Paulus: seminās em̄ spiritalia tpalia stipēdia nō accepit. ne offendiculū daret euāgelio christi. i. Corin. ix. Scandalū em̄ hoc qd vitabat Apl's: ex ignorantia pcedebat gentiliū: qui hoc nō ꝯsueuerāt: ⁊ ideo ad tp̄s abstinendū erat vt pri⁹ instruerent hoc esse debitū. Et ex sil'i causa: scz ꝓpter scandalū vitandū ecclesia abstinet de decimis exigēdis in terris in quibꝫ nō est ꝯsuetū decimas soluere. Unde p̄elegit lesionē talis damni ad euitādū periculū maioris mali. Et si hoc facit eccl'ia: multo forti⁹ debet hoc facere vna singularis psona: vt dicit Lyra Matth. v. Sic ⁊ christus dñs iussit p se ⁊ Petro dari theloneū: ne inqt scandalizemus eos. Matth. xvij. Gētiles em̄ thelonarij ignorabant christū imunē esse a tributo: sm̄ Lyram.

¶ Tertia nola est: bona ꝓpria dimittere ꝓpter scādalū phariseoꝝ. Nascit aliqñ scādalū ex malitia: qd est scandalū phariseoꝝ. Et ꝓpter eos q̄ sic scandala ꝯcitāt nō sunt tpalia dimittēda: qz h̄ ⁊ noceret bono cōi: daret em̄ eis rapiēdi occasio: ⁊ noceret ipsis rapiētibꝫ: q̄ retinēdo aliena in pctō remanerēt. Uñ Grego. dicit. iij. mora. Quidā cū tpalia nobis rapiūt: solūmodo sunt tolerādi: quidā equitate seruata ꝓhibēdi. nō sola cura ne nr̄a subtrahant: sed ne rapiētes nō sua semetipso [illegible]dāt. Sed ais Hierony. dicit: Oīa que pñt p̄termitti salua triplici veritate sunt ꝓpter scandalū dimittēda: sed tpalia possunt p̄termitti salua triplici veritate. Rñdeo breuiter q nō: qz si passim pmitteret malis hoībꝫ vt aliena raperēt: vergeret hoc in detrimentū veritatis vite ⁊ iustitie: vt dictū est. ⁊ ideo nō oportet ꝓpter qdcūq scandalū tpalia dimitti. Et quid est igitur inquis qd dicit dñs Matth. v. Et q̄ vult tecū ꝯtēdere in iudicio ⁊ tunicā tuā tollere: dimitte ei ⁊ palliū. Et Ap l's. i. Cori. vi. Jā q̄dē oīno delictū est in vobis: q iudicia habetis inter vos: q̄re nō magis iniuriā accipitis: q̄re nō magis fraudē patimini? Rñdeo q illud p̄ceptū dñi est intelligendū sm̄ p̄parationē animi: vt scz hō sit parat⁹ prius pati iniuriā vel fraudē q̄ iudiciū subire: si hoc expediat: qñq tñ nō expedit: vt dictū est. Et sil'iter intelligendū est verbū dñi. Uide de his p̄cedētibꝫ ⁊ alijs ī q̄rto scripti Thome: vbi lati⁹ ⁊ clari⁹. ⁊ Pe. d Pa. dis. xxxviij. ⁊ Astcñ.

¶ Quarta nola est: debita nō soluere ex neq̄tia. Sunt q̄ cū possint soluere debita: nolūt (quēadmodū q̄dā ex diuitibꝫ) sed ꝓcrastināt: ⁊ nisi cogant iudicialiter nihil tradūt. Eia (inquiūt) ꝓtrahā tādiu iudicialiter q̄ usq eū tedebit: ⁊ plura q̄ sit capitalis sūma expēderit. Cogitat neq̄ ille interea vias ⁊ dolos quēadmodū ipediat pauperē creditorē artificij alicui⁹ opificē aut agricolā: ne creditū ꝓbare possit. putat se tūc tutū in ꝯsciētia si defecerit ī ꝓbatiōe. Erras o frater. Nō em̄ defect⁹ ꝓbatiōis excusata pctō ꝯscientiā: sed ī facie eccl'ie, vt ait b. Tho. dis. xxxviij. q̄rti in

lr̃a. Esto: nesciat iudex ⁊ actor: tñ tu ⁊ deꝰ iniq̃tatē in occulto nouistis. Sed nō postulat inq̃s a me debitū: sed tp̃s ꝓ eo interpellat. Fateor nō postulat: q̃ nō audet. timet ne ad aliū declines ⁊ te suū ꝯductorē ꝑdat.

¶ Quinta nola est: debita nō soluere ex negligētia. Sūt q̃ debita soluere nequeūt p̄ pauꝑtate in quā inciderūt: q̃ sunt de turba fatuoꝝ negligentiū. Inde expectāt q̃usq̃ excōmunicant̃ miseri. Sūt em̄ hec seq̃le negligētie: q̃ mutuant̃ pecuniā ab aliis: si tñ īueniūt mutuātes. quā cū reddere tp̄e statuto nō pñt: in laq̃os cadūt excōicationū. Quid ḡ faciemꝰ? Pete dilationē aut miscōiaz: aut cede bonis: hoc est vltimū refrigeriū. C

¶ Sexta nola est: ad nō soluendū instigare. Sunt aduocati ꝓcuratores ⁊ notarij: aliq̃ eis similes: qui nesciētes in iudicio docēt ⁊ inducūt: qui ex parua causa magnā ⁊ ex riuulo fluuiū deducere nouerunt: pessime reip. pestes. qui cū litigia deberēt sopire: ea excitāt ꝓpter questū scripture sigilli ⁊c. Sic iudices cū sentētiā deberēt ꝓmulgare: q̃ vidēt eā ꝯ partē cui fauent ꝓcessurā: ideo differunt quousq̃ ineat̃ concordia. Hic grandis silua inuectionū cōtra aduocatos patet. Procuratores quoꝝ lingua vt equilibre: que versus scutellā grauius pecunia ponderantem declinat. quia qui plus soluit: illius causam defendunt.

¶ Septīa nola: quietē cause iuste nō p̄eligere. Esto habeas causaz iustā q̃ i iudicio posset defendi ꝓ tp̄aliū acq̃sitione: erat tñ satiꝰ i loco pecuniā negligere ꝓpter pacē. in modio litis vix vna vola est charitatz. Cōpositio erat ineūda ⁊ cedēdū ꝑti etiā debite. Essent hic multa dicēda: q̃ ponit b. Tho. q̃rto scripti d̄ ꝑfectis: an ⁊ qñ possint repetere sua? Ego aūt trāseo: b̄ admonēs fidel̃r vt nedū ꝑfecti: sz etiā oēs christiani suꝑsedeāt a ꝯtētiōe iudiciali ⁊ strepitu: quē iurz appellāt. potiꝰ medietatē recipiat debiti q̃ ꝙ litē ineat: dūmō tñ cetera sint paria. i. ꝙ ex nulla ꝑte teneat̃ ad repetitionē vel retētionē. Et cur ita inq̃s? Ideo q̃ nō oīb̄ expedit talis repetitio: tū ꝓpter honestatē. Prouer. xx. Honor est hoī q̃ se separat a cōtētiōe. Tū scdo ꝓpter pacis ꝯseruationē. Chriso. Omne iudiciū irritatio cordis est. Tū tertio ꝓpter pctōꝝ vitationē. Chriso. Difficile est rē dimittere: sz difficiliꝰ ē de iudicio sine pctō exire. Ideo appellat̃ delictū. i. Cor. vi. Tū q̃rto ꝓpter aduocatoꝝ malignitatē: adde ⁊ ꝓcuratores notarios ⁊ alios eis sil̃es. de q̃b̄ Ps̄. Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua. Sicut nouacula acuta fecisti dolū. Uere nouacula acuta: radūt eī linguis suis apices de lr̃is ⁊ instrumētis: ꝯ talia loq̃ntes ⁊ scribētes: et etiā foramīa (vt aliq̃ū de semetip̄is iactāt) ꝑ eadē loq̃ntes: q̃si nouacula eēnt rupta ⁊ scissa. eradūt deniq̃ pecunias vsq̃ ad cutē: ⁊ q̃diu sperāt se aliq̃d abrasū ire: tādiu ꝓlōgāt causaz: q̃ spe cessante causa ⁊ nō añ finit̃. Tū q̃nto ꝓpter sctōꝝ exēpla factoꝝ ⁊ dictoꝝ. Clamat dñs: Si q̃s vult te cū ꝯtēdere i iudicio ⁊ tollere tunicā: da ei ⁊ palliū. Et Paulus. Cur nō fraudē magz patimini? Et cur hec oīa? ꝓpter pacē quā optauit christus discipulis suis seruādā. Nesciebāt duo eremite litigare: ponētes tegulā in medio: iussitq̃ alter alterū dicere mea est ⁊c. Cūq̃ vnꝰ diceret: later meus est. respōdit alter: si tuus est tolle eū. Itaq̃ sine lite discesserunt:

cōtendere nesciētes. Clamat iterū Paulus. ij. Eph. v. Uidete quō cau
te ambuletis: nō q̄si insipiētes: sed q̄si sapiētes: redimētes tp̄s: qm̄ dies
E mali sunt. Redime tp̄s o frater: noli ꝯtēdere ⁊ tp̄s litigijs occupare: qđ
ꝑ exercitio bonoꝝ opeꝝ expendendū est: ꝯterēdo: meditādo: orādo. Re-
dime tp̄s futurū o frater. i. tp̄is oportunitatē ad vacādū ⁊ seruiēdū deo
etiā cū incōmodo tp̄ali. Tēpus redimit q̄ dat de suo vt vacet deo. Redi
me tēpus p̄teritū tanq̄ꝫ charū ⁊ p̄ciosum: id est redime in vno tp̄e quod
minus fecisti in alio. Sic fac: ⁊ noli fieri imprudēs ⁊ fatuꝰ: vt ꝑ ꝯseruā
do tp̄ali bono ꝑdas eternū: ꝑ obulo florenū. Clama cū sapiēte Dauid:
Redime me a calūnijs hoim: vt custodiā mādata tua. A calūnijs inq̄ꝫ:
q̄ fieri solēt seruis dei a malis ⁊ litigiosis in iudicio ꝯtēdentibꝫ. Roge:

Dñica.xx.Festo Symonis ⁊ Jude.

Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs.i.Euange.de dñica

Septuagesima prima turba stultoꝝ est: Sordidoꝝ ⁊ turpium (wiest: grob: vnschaffen narren) qui verbis vtuntur turpibus moribꝫ ⁊ factis (võ wiesten worten wysen vnd wercken) Plane plena sunt oĩa loca his fatuis: ⁊ etiã inter primores numerant̃ in curijs principũ ⁊ ciuitatũ. Sed dicis: ⁊ cur hi potius q̃ꝫ alij appellant̃ turpes: sordidi: q̃ de luxuria ⁊ gula loquunt̃ ⁊ eis indulgẽt: cũ in q̃libet peccato sit turpitudo ⁊ sordes? Dic quõ sunt pctõres turpes ⁊ sordidi? Si h̃ scire voluerꝫ: videndñ erit primo q̃d pulchrũ: q̃d purũ q̃d subtile: deinde facile scire poterim⁹ q̃d turpe q̃d sordidũ ⁊ grossum. Capiamus p̃mo de pulchritudĩe. Dicit Gerson sup̃ Magt̃. ꝙ differũt formositas pulchritudo ⁊ decor. Formositas in figura ẽ: pulchritudo in colore: decor aũt in viuacitate. ⁊ oĩa hec dicunt̃ speciositas: exemplũ in imagine ponit. Sic aĩe formositas est in tribꝫ potentijs: pulchritudo in gr̃a: donis ⁊ virtutibꝫ: decor vero in exercitio taliũ. Econtrario igit̃ turpitudo aĩe: in priuatiõe hoꝝ ⁊ eoꝝ cõtrario: puta in priuatiõe gratiaꝝ ⁊ virtutũ: in priuatiõe actuũ bonoꝝ: maxĩe aũt in cõtrarijs: scꝫ vicijs ⁊ peccatꝫ Porro de puritate. Puꝝ est q̃d est impmixtũ viliori: ꝑ pctm̃ aũt homo amore tangit tẽporalia q̃ sunt viliora ⁊ g̃ efficit̃ impur⁹. Sentit̃ autẽ h̃ siue ꝯsiderat̃ maxime in factis carnalibꝫ: gula ⁊ luxuria: sordidũ g̃ efficiunt etiã ad literam. Vide.ij.ij. de effectu fidei ⁊ cecitate: ⁊ ebetudine. De subtilitate illud subtile est in ꝓposito: a q̃ abrasum est omne impertinẽs. Grossum ecõtrario q̃d inuolutũ manet: ⁊ pctã obuoluũt animũ ⁊ grauãt: p̃cipue carnalia q̃ ad inferiora maxĩe trahũt ⁊ submergũt: sed et hebetẽ vt dictũ est efficiũt: nõ potentẽ penetrare sicut subtile: sunt cm̃ obtusi nõ tenues intellectu. Sed hec missa faciam⁹ dicẽtes breuiter: ꝙ tribꝫ nolis pñt dinosci: manifestis admodũ. Prĩa est turpia loq̃. Scda turpes hr̃e gestus. Tertia turpia facta. Proseq̃mur hec incipiẽtes ab

¶ Prima igit̃ nola est: Turpia facere. Proh q̃ꝫ turpia hi (vltimo. fatui cõmittunt: q̃ turpe est dicere: in gula: in luxuria etiã in statu matrimoniali: vbi sibi oĩa licere putãt. Disce frater modestiã in talibꝫ. quãte frequẽter docui. Sint tibi dũ actui carnali intendere vis: hi quattuor fines ꝓposito quibꝫ licet ⁊ alias non: qꝛ extra hec est aliqñ veniale: aliqñ mortale: aliqñ indifferẽs. Fit ꝓpter reddendũ debitũ: ⁊ est actus iusticie. Propter ꝓlem educandaꝫ Christo: ⁊ est actus latrie. Propter vitandã fornicationẽ in vxore: ⁊ est actus charitatis. Propter vitandã incõtinentiã in se: ⁊ est nullũ pctm̃: ꝟm Petrũ de Pal. Si ꝓpter solã libidinẽ: ĩfra tñ limites matrimonij: est pctm̃ veniale. si extra mortale ẽ

¶ Scda nola est turpes gestus exercere: ructare: vomere: saliuare: clamare: cantare turpia: que tamẽ in cõuiuio Didonis a Trinito Jopa vitata fuere. Crepit⁹ dare: cacare: ⁊ alia eiusmodi innumera. Que om̃ia

experiunt vrores a viris ebriosis. Item in luxuria: pudenda propria posteriora: et ea que natura fecit in loco abdito detegere: oscula turpia ita vt verū fiat qđ dicit Satyricus: Inguinis et capitis q̄ sint discrimina nescit. Clamat contra hec Apls: Fornicatio et oīs immunditia nec nominet in vobis: sicut decet sanctos: neq; turpitudo. Si nō nominari: minus facere tē. Sint oia regulata ratione: viue apertis ianuis: vt sis semp eque cōpositus in priuato et publico. vt nihil turpe audiat aut videri possit: etiā a curioso et occulto obseruatore: vt innuit Seneca.

¶ Tertia nola est: turpia loqui: scz de actib venereis: de pudendis: et
1 aliis q̄ natura in abdito retrusit. Sed dicis: Nihil mali cogitam⁹: sz ludētes sic loqmur et ad alior solatiū. Dic q̄so quō mala loq posses nisi mala cogitares? Nōne cogitatio loquelā p̄cedit: an fortitan dū loq̄ris
b dormis? Et abundantia cordis os loquit: ait dns. Utiq; olla buliens oñdit qđ sit in fundo: itaq; cōdēnat te os tuū: et ex ore tuo te iudico serue nequā cū Cassiodoro: q̄ ait: Vis scire q̄le cor frater tuus habeat: attende vnde libēter et freq̄nter loquit: qz ex abundātia cordis os loquit: folia et rami ostendūt arboris et radicis cōditionē. et Facies est testis q̄les in
2 trinsecus estis tē. Itaq; si mala et turpia loq̄ris: nō crediderim tibi q̄ cor bonū habeas et purū. Sed esto: nō tñ concesso q̄ malū nō cogites: alijs tñ malaz cogitationū venenū ꝓpinas: et culpe p̄stas nō sine tua culpa occasionē: semina pessima o seminator diaboli in cordib audientiū p verba turpia seminas: ex quib inposterū mala crescūt opa. Nimiz ex talib cogitationib illis: ex talib verbis impressis ꝓcedūt operationes. Apte dixit de talib Psal. Sepulchrū patēs est guttur eor: linguis suis dolose tē. Vere sepulchrū plenū cadaueribz fedis et fetidis mortuoz verboz fetentiū: sepulchrū os eoz: nō clausum: vnde fetor exit ad infectionē alioz. Vidit hoc Paulus. i. Corin. v. Corrūpūt bonos mores colloqa prava. Rette et apte: in vulgari theutonico appellant tales (schamper: schandber) q̄si parietes siue gignētes scandalū: qz alijs p̄bēt occasionē ruine (sic geberent schand) Serpit em vt cācer eor sermo ad alios sicut alibi dicit idē Apls. Cācer morbz nō sistit: sed serpit: sed et cācer pi
J scis repit: huic aūt si resistit retrahit se et regredit. Sic si restiteris turpiter loquēti: faciei saltē tristitia retrahit se cessans. Sicut vētus aquilo dissipat pluuias: sic facies tristis linguā detrahētē. adde: et turpiter lo-
3 quētē. Si aūt arriseris ei: ꝓcedit. Itaq; primo nocet tua locutio: etiā si nō tibi: qđ tñ nō crediderim: vt dixi. Et cur ita? Ideo qz dicit Sene. Turpia ne dixeris: paulatim em̄ p verba pudor deijcit. Defedat plane dicentē ipm verbū turpe. Sicut limax quocūq; serpit post se defedationē derelinqt: instar humoris salivalis. serpit etiā i altissimas arbores in eaz verticē. Et verba hec turpia etiā altas mētes defedāt et rationis apicē. Dissuesce frater: ne defedaris: p̄sertim etiā in ea parte corpis cui maxime feditas dis cōuenit: os loqr tuū. Noli esse istar porci: q̄ fedior ore suo voluit stercora emissis floribz prati. et tu nō vt suz lutū: sz mar-

garitas mundoꝝ verboꝝ ore contrecta: ⁊ reuolue. Sed ais: Pro so- 4
latio alioꝝ hec dico: vt risuz ꝓuocē: inde amor: laudor: potus mihi exhi
bet: vt iteꝝ dicā inuitor: dicūt qꝛ iocūdior sim eis q̄ꝫ lutina (Besser dañ
ein lut: ich treib gut schwenck: kurtz wilig) Dñe deꝰ meꝰ scis ne q̄d sis?
Tu es q̄driga hec ⁊ auriga: q̄ vehis ⁊ canis: ⁊ cū gaudio ad inferna du
cis q̄s (mit den guten schwencken) subuertis (vñ wyr ffest) in paludem
pctōꝝ mortaliū: vñ ad eternā dānationē descendūt (das seint dine gute
schwenck) Tu fur es dānosissimꝰ: tp̄s em̄ q̄ nihil p̄ciosius est inter trāsi K
toria furaris hoībꝫ. Cōsolator eoꝝ q̄ laborāt i seruitio diaboli: releuas
falsis recreatiōibꝫ labores eoꝝ q̄ vadūt i infernū ne deficiāt in via. Ha
bes iam (wie kurtz weilig du syest: vñ wie guter ding) ⁊ q̄lis sis lutina
Adde q̄ ⁊ simea sis cū q̄ ludit diabolus: ad risum hoīes excitat. Nō tñ
oīm ꝯsolator: sed solū maloꝝ: bonoꝝ ꝟo molestator. Vide in sū. p̄di. lo
cutio. xx. vbi ⁊ multa alia huic ꝓposito apta reperies. Habes ecce o fra 5
ter cur laudaris: q̄le solatiū p̄stas socijs: q̄le tibi cōmodū. vt instrumen
tū fias diaboli: q̄ tibi tādē etiā mercedē dignā p̄stabit: vt ludibriū fias
oīm infernaliū gentiū. Quēadmodū ꝯtigit duobꝫ sacerdoti ⁊ iudici cu
iusdā loci: q̄ ꝓpter sua turpia verba in p̄sentia cuiusdā scti ꝑ eosdē deprō
pta grauiter erāt a deo puniti: oculos em̄ ꝑdidit sacerdos: genitalia iu
dici putrefacta. Vide in speculo exēploꝝ dis. iiij. exēplo. xxvij. Rogemꝰ

Dñica. xxij. Festo beati Martini.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo.

Euangelium de dominica.

¶ In fine euangelij sup̄ verbo De cordibꝫ vestris: adde. Nota verbū L
de cordibꝫ. Debet hō dimittere ꝓximo corde: facie nō subtrahēdo ei vi
suz: ore ꝯtumelias nō inferēdo: manu nō offendēdo: ⁊ felle. Hoc em̄ bo
nū est ⁊ ꝑfectū: nō tñ sup̄est in ꝑtāte nr̄a: qꝛ sensualitas nō despotice sub
est ratiōi. Quidā nāq̄ꝫ remittūt de manibꝫ (Ich habs vf der hant gebē)
sed nō de cordibꝫ (vō hendē: aber nit von hertzen) Nō vis ei inferre ma-
lū: sed velle. Quidā de manibꝫ: sed nō de facie. qꝛ etsi nō facto: moribꝰ
tñ te vindicas: subtrahis ei visum: aut obliquis oculis intueris: sciunt
quidā alijs maledicere oculis. Remittere de facie est arridere: sed ali-
q̄ñ putas esse risum: ⁊ in veritate rictus est. Alij nō remittūt de ore: sed
detrahunt: cōtumelias inferūt. Remitte de his oībꝫ proximo: sed ⁊ de
corde. hoc est q̄d deponas rancorē de corde: q̄ꝫuis manet in felle. H̄ tunc
fit: cū q̄ꝫuis sensualitas sit grauata ⁊ cōmota maneat: ratio tñ nō cōsen
tit: tūc de corde. i. voluntate ⁊ arbitrio libero remittis: q̄ꝫuis nō de felle
id est sensualitate. Et hoc sufficit: qꝛ in ꝑtāte tua primū est: nō secundū.
Et sic poteris orare sine damno: Dimitte nobis debita nr̄a: sicut ⁊ nos
di. ⁊c. ſm intellectū Gersonis. Et tm̄ de euangelio. Ecce sacerdos ma-
gnus. Ipse est beatꝰ Martinus. Vere magnus: de quo multa occur-
rerent dicenda: sicut ⁊ quedā dicam. Interserā aūt turbam stultoꝝ.

Septuagesimasca turba est fatuoꝝ spiritaliū (geist narrē) que ordine debito succedit: quam hodie expedire statui: ꝛ nō incongrue. in festo tam magni ꝛ sapiētissimi sacerdotis ꝛ monachi. Sūt aūt hi fatui spiritales illi qui errant vel in ingressu vel pgressu spiritalis status. Et pñt dinosci ꝗtuor nolis: sint ecclesiastici aut religiosi.

¶ Prima nola est: spiritalē statū male intēdere. Ipsi videlicet ꝙ ingredi intendūt statū spiritalē nō debita intētione. Et ꝙ est inqs debita intētio intrandi statū spiritalē? Hec est: vt in eo statu melius ꝛ pfecti⁹ tutiusqꝫ possit deo seruire: ꝛ aie sue salutē pcurare: voluntatēqꝫ dei pficere. Nū hō cogitat quēadmodū seculū sit piculosū: ꝛ ꝙ natura sua est fragi.

lis: q̄q̄z ī seculo sunt multe occasiões hoiez a dei seruitio retrahēdi z ad pctm̄ trahēdi. ecōtrario aūt q̄ clerici in sacris ordinib⁹ pstituti z viri religiosi plus a malis elonganť: z fortius deop votū cōtinētie (qō in ordinatione emittūt) appropinquant. Ut igiť hec oia pcōp mala z occasiones fugiat: principaliter ordinať vel religionē intrat vel beneficiū accipit oblatū: nō ꝓpter pesse: sed prodesse. Hic habet rectā intentionē: nō est fatuus: sed prudēs cū sctō Martino: qui seculū reliquit hac intētione. Sunt q̄ hāc intentionē principaliter nō habēt: sed aliā multiplicē malā. Mouet quosdā ociū: videt qz seculares magnas habēt curas: z cū magnis laboribꝰ victū z vestitū acquirūt: clericos aūt in ocio z quiete viuere z voluptate. Audit qz vulgatum est ꝓuerbiū. Qui semel vult viuere bene siue vna vice gallinā coquat: qui bis anserē: qui tota ebdomoda porcū: qui mensem bouē: qui annū ducat vrorem: qui vero semp viuere vult in voluptate efficiať p̄s byter. Quos hec intētio mouet: fatui sunt vtiq̄z. Audi Bernar. de hoc notabile dicētē verbū in epla q̄dā. Currit in clero passim ab oi etate z ordine: a doctis pariter z indoctis: ad ecclesiasticas currit curas: tāq̄z sine curis quisq̄z victurus sit: cū ad curas p uenerit. Hec ille. Eia dicunt: optime sibi ꝓuisum est (er darff keyn sorg haben: er ist wol versorgt) Dñe deus meus suscepit sup se curā aīaꝝ: z dicis qz āmodo eū curare nō oporteat. Ira vilipēdimus aīas z magni facimus corpalia z tpalia. Nōne tibi satis videť fatuitatē illoꝝ erpssisse q̄ ꝓpter ociū habendū z curā fugiendā secularū spiritalē curā suscipiūt: putantes se curā effugisse: querūt voluptatē z quietē. Quib⁹ cōparabo generationē hanc stultā? Plane sicbimitis: q̄ ꝓpter Dynā circucidebanť circa quā voluptates explere voluerūt carnales. Gen. xxxiij. Et isti radunť: z capillis cirūcidunť ꝓpter delitias z voluptates habendas. Sed q̄d stultis bis eueniet? Sicut illi occidebanť corpaliter: sic isti spiritaliter Mouet alios appetitus diuitiaꝝ: quas colligere nituntť: nō vtiq̄z discipuli dñm deū sequentes: sed Judā: q̄ loculos habebat z christū seq̄batť vt eosdē impleret. sic illi. Mouet alios ambitio dignitatū. Volūt episcoparī: abbates fieri: cardinales rē. qz cū i suo statu satisfacere nō possint ambitioni: iuxta suā genealogiā equitare cū seraginta equis: cū sint filij p̄ncipū. vt hoc facere possint: tradūt se statui spirituali: vt sic episcopenť z habeāt dignitatē. O pessimū finē: stulti quoꝝ finis malus. Ecce fines tres malos: voluptatē: diuitias z dignitates. Superbia: auaritia: luxuria. Sal hoc excecat eis oculū intētionis: facit eum neq̄z. Si oculus tuus fuerit nequā: totū corpus tuū nequā erit. O serue nequā: ait dñs in euangelio. Noli sic infatuari o bō p intentionē: sed audi sapientē. Custodi pedē tuū ingrediēs domū dñi. Eccs. iiij. Notate verba z signate mysteria. Ingrediens domū dñi: p suscepti onē ordinis aut religionis: pedē tuū. i. affectū vel intentionē custodi: ne inficiať aut maculeť maculis p̄dictis. Sacerdotes (vt legit Exo. iij. z magisterī histo. recitat) ꝓusq̄z intrabant templum in lauatorio lauabant manus suas z pedes: z se im

quibusdā speculis ibidē pendētib⁹ speculabant: vt videre possent si quā
haberēt maculā. Et tu o sacerdotāde aut ꝓfessure priusq̄ ingrediaris la
ua pedes affectus ꝑ intentionē sanctā: speculū consciētie tue intuearis:
an ne sit macula in ea praue intētionis: vt eā mutes. Sed ais: Nō pōt
q̄s bona ꝯsciētia intrare religionē: aut ꝑlaturā suscipe: vt ꝑ h̄ acq̄rat ne-
cessaria corpis? Rn̄deo post Gersonē in fine de directione cordis. Vi-
de ibidē: ⁊ declara ꝑ serenatione ⁊ cōsolatione bonoꝝ. Adde si placet:
qd̄ dicit Joānes Egyptius in Vitaspatrū. Et est primus in ordine: q̄
dicit clericatū nō querendū: nō tn̄ respuendū si iniungit: debet q̄s inten-
dere sue puritati: ⁊ expectare sic voluntatē dei ⁊c. Vide ibidem.

¶ Scd̄a nola est: statū spiritalē male acceptare. Esto habeas bonā in
tentionē: adhuc restat vt legitime assequaris clericatū aut religionem.
Sunt em̄ certe regule obseruande: sed tres dūtaxat ꝓfero. Prima: vt
cōtritione vel etiā cōfessione se mundet priusq̄ ordinet. In susceptione
cuiuslibet sacramēti debet q̄s saltē ꝯteri: i eucharistie susceptiōe necesse
est etiā actualiter cōfiteri: sed de hoc alias. Qui em̄ in pctō mortali or-
dinat: nō spiritū sctm̄ in flatu epi: sed malignū suscipit. Scd̄a regula:
q̄ sit debite etatis: subdiaconus. xviij. diaconus. xx. presbyter. xxv. an-
noꝝ. Qui ordinat ⁊ ordinat citra hanc etatē est suspensus ab executiōe
ordinis: vt in cle. de etate: ⁊ qua or. ca. generaliter. Neq; eps pōt dispen
sare: s̄m Jo. An. Tertia regula est: q̄ titulū habeat. Miserrimū gen⁹
est sacerdotū non habentiū ꝑbendas: ideo ius iubet vt nemo sine titulo
ordinet. Defraudant semetipsos multi fatui q̄ putāt se decipere episco
pū: offerētes falsos titulos. de quib⁹ in sūma ꝑdican. O. vi. xxxix. ⁊ li.
Sil'es his q̄ ꝑ symoniā ingrediunt monasteria ꝑsertim monialiū: faci
entes pacta. Serua qd̄ docet Anthoninus de hoc: quem vide.

¶ Tertia nola est: statū spiritalē male exequi. Spiritalis es: recte in
tēdisti: recte intrasti: nō ꝑ portas mortis. vide sis operosus: fac officiū
tuū debite: solicite ⁊ feruenter. Et q̄s est o fratres q̄ hanc nolā effugiat?
quis missas facit vt oportet? quis horas canonicas dicit vt debet? q̄s
curā gerit animaꝝ vt debet? Quot sunt heu sacerdotes qui nunq̄ legūt
missam inuacuū recipientes gratiā caracteris sacerdotalis. Peccāt pla
ne hi s̄m btm̄ Tho. in. iij. parte: q̄uis aliter loqui videat Alexāder de
ales. sed si verba eius ponderant: nō discordabūt. Alij ⁊ si nōnunq̄: ra
ro tn̄: vix quater in anno: vt rep̄hendit in ca. dolentes. de cele. missarū.
Alij (qd̄ horribilius est) crebro in ꝑditionē suaꝝ aniaꝝ celebrant. Hor
ret Baptista: ⁊ tremit tangere verticē dn̄i: ⁊ Marcus pollicē abscidit
ne celebraret. Hi aūt temere se ingerunt: vt Judas. Quid de horis ca
nonicis dicam? Nōne iustū ⁊ equū esset: vt hoc opus ꝑficeremus cū sū-
ma diligentia? vt iubet ius vbi sup̄. studiose ⁊ deuote. Justū plane; q̄
vt illi intendere possimus exonerati sumus ab omni alio labore: ⁊ in la
bores populoꝝ introimus. Nōne iustū vt corā tanto rege orātes atten
ti ⁊ disciplinati staremus: verba ꝑfecta loqueremur? vtiq̄. Sed quid?

Nihil perfectū: nihil illibatū (vnbefleckt) ei offerimus: sed corrupta et ſyncopata: vt interim taceā de cuagatione mentis. Ecce ſimiles furi ſumus: qui ſi ligurire voluerit: nō caput de piſce neq; caudā: ſed de intermediis fruſtis furat. qz nō ita cito deprehendit: qz iungit caudā z caput zc. Sic nos deo ad menſam integrū piſcē nō offerimus: ſed ſolū caput z caudā verſus: intermedia ita raptim proferimus: ſi tamē proferim⁹: vt neſcio ſi deus an homo intelligere poſſit. Non ſic o fratres non ſic: ſimus diligentiores in opere noſtro: ne acerbiſſimas penas tandē patiamur. Caueamus ab ebrietate: que in completorio linguā facit titubare z imperfecta formare verba. Vincamus conſuetudinē malā: que illā feſtinationē adduxit: z non ſecus q̄ ſi deus in facie a nobis preſens videretur oremus zc. De negligenti executione eoz qui curam habēt animarū quid dicam: O pernicioſiſſimi fatui qui nō paſcunt: paſtoris tñ nomen habent. z tamen non paſcunt: neq; verbo: neq; ſacramento: neq; exemplo. Paſce paſce paſce: ter dixit Petro dñs. oues meas. Jā querit inter diſpenſatores quis fidelis inueniat: immo iam noſtris peſſimis temporibus nō querit: etiā ſi inueniret nō aſſumeret: ſed idiota. O qualia exempla exhibemus populo: humilitatis: charitatis: patientie: caſtitatis: abſtinentie. Olim tantū indicta fuit caſtitas: vt nec ſororē nec matrem ſecū habere permittebat ſacerdos: q̄uis hoc remiſſum ſit p c. ad nos. de coha. Et vtiq; ſi Auguſtino credit: nedū aliene iuuenes: ſed etiā ſenes femine extra domū iuuenū ſacerdotū ſunt abigende. Vit Augu. lib. de ſingularitate clericoz. Nō deſpecta: nō vetula ſuſcipienda eſt ad domeſticū obſequiū: qz magis cito delinquit vbi ſine ſuſpitiōe ſecure poteſt delictū cōmitti. maxime quia libidinoſo nulla deſpectio: nulla deformitas obſiſtit: cui diabolus pingens ſpecioſum efficit quicq̄d fetidum vel horridū fuerit. Vide Hieronymū in vna epla: qui z ſanctū Martinum (cuius hodie dies feſtus agitur) allegat: quē quedā ſancta virgo incluſa videre recuſauit: quē alloquutū ire dedignabat ꝓpter ſuū morem. Idem habet etiā in ſpeculo exemploz diſt. vij. exemplo. cliij. His conditionibus ſtantibus permittit femine cohabitare ſacerdoti. Prima q̄ ſit ei attinens in gradu. Secunda q̄ ſacerdos nō habeat ſecū alios viros. Tertia q̄ femine ſibi attinentes nō habeant ſecū alias feminas. Vide Panor. z inde elice in ti. de coha. Liberet latrare linguā in laudes ſcti Martini: z oſtendere quēadmodū nolā hāc excuſſerit in diligētiſſima ſui ſtatus ſpiritalis executione. Plane celebrans miſſaz: globus igneus apparuit: oras oculos ac manus tendebat in celū ſuſpēſas: z victū ab oratione ſpiritū nō relaxabat. Etſi eñ deus vbiq; ſit: tñ oras in celū oculos erigere debet: z in celo deū orare. ſicut beat⁹ Bern. docet in quodā ſermone. Exemplo optimo paſcebat indeſinēter: etiam vſq; ad mortē. Jacens eñ in cinere ſup terrā ſupinus cū rogaret a fratribus vt ſe verteret. reſpondit: ſi aliud exemplū vobis reliquero: ego ipſe peccaui. Vide hiſtoriam: z applica ad placitum.

¶ Quarta nola est: in statū spiritalem alios male intrudere. Solent quidā parentū filios aut filias suas statui spiritali tradere: nō vtiq; ob dei intuitū: sed alijs malis intentionib; ⁊ modis. Quidā mouent̄ paupertate ⁊ necessitate: q; nō habēt pueros nutrire: quēadmodū paupcule quedā. Illi nō curant quō se exonerarēt de eis: tradūt igit̄ filiolos suos monasterijs nō reformatis: nihil curantes aut parū de eoꝝ aiabus: dūmodo sit eis in tpalib; ꝓuisnm. O fatue quid ꝓderit filiolo si corpe ꝓuisus anima perierit? Mouet alios supbia: vt videlicet alios pueros possint subuehere in altiorē statū in seculo: ⁊ altiorē p̄stare dotē: priuāt hereditate illā quā tradūt monasterio: ⁊ cū. c. lib. expediūt. Hec contra corruptelas Argeñ. sunt dicta. Mouet quosdā ip̄m cōmodū: quaten⁹ in clericatu ꝓmotus ad pingues p̄bēdas ⁊ p̄laturas: aut in monasterio abbas effectus totā ꝓgeniē de stercore eleuet: diuitē efficiat ⁊ gloriosā: oēs ad eū recursum habent. O dicūt (Der pfaff hats wol) ⁊ indesinenter ad vbera eius sicut lupelli iacent sugentes. Q; si denegauerit eis lac p̄stare donoꝝ: mox instar lupelloꝝ mordent ꝑ detractiones murmurationes. Talis sic exaltatus efficit̄ hospes suoꝝ amicoꝝ: postq̄ vn⁹ abierit: alius succedit. Clamant (Der pfaff hats wol) Esto: attamē q̄ supsunt ei ⁊ supabundāt: nō tibi: sed pauperib; distribuere debet. Q; si tu paup̄ es: tibi pre alijs ꝓuidere debet: si aūt nō es paup̄: nō tibi debetur Cui cōparabo generationē hanc nequā? His in primis qui exponūt pueros suos ante ianuas hospitalis: vt de hospitali nutriant̄ quos ipsi nutrire nō possunt. Illis preterea qui ex calculis reseruant vnū vel duos placentes: alios aūt iubent proijcere in flumen. Sic illi debiles ⁊ deformes tradunt monasterijs: edocti ex politica Aristotelis: qui hoc iubet. vt dicit Scotus in ꝓlogo. Illis tandē qui porcellos suos mittunt impinguendos in nemora glandifera (Die yre ferlin ins ecker schlagē) Plane ita est: ponūt em̄ pueros suos in ecclesia vel religione: nō vt fructificent: sed vt fructus colligant tēporales: vt ditent̄ ⁊ incrassent̄. Non plantant eos in ortū aut nemus vt fructū ꝓferant: quēadmodū olim fieri solebat. q; tradebant̄ intentione bona. s. principaliter ꝓpter deū ⁊ salutē pueri: ideo tales plantatiōes a deo nō plantate tandē eradicabunt̄ dū alij plantati ⁊ plantatores parētes remunerabunt̄. Sed dicitis mihi. Et nunquid expedit pueros tradi monasterijs ⁊ dei seruitio in pueritia: quēadmodū ⁊ apud veteres christianos factum fuisse legimus? Vtiq; nō sine causa. Sol mane oritur ad calefaciendū ⁊ illuminandū: ⁊ viator mane surgit ad ambulandū: ⁊ operarij mane conducunt̄ in vineam: ⁊ oēs artifices boni in iuuentute artē addiscunt: ⁊ aues que cantare debent ⁊ domesticari de nido accipiunt̄ dū iuuenes sunt: ⁊ plantule dū tenelle sunt de facili flectunt̄. Sic ꝑ omnia ⁊ pueri. Recte dicitis: aptandi sunt in iuuentute: sed bona intentione vt dixi: nō illis intentionibus malis. Debentq; tradi ad ea loca vbi est obseruātia: scz vbi mali puniunt̄. quia tales efficiunt̄ quales sunt ad quos recipiunt̄: eoꝝ em̄

mores induunt. Nolite fratres solicitari sup̄ puerorꝝ ꝓuisione nimis: deus prouidebit eis sufficiēter: si vos eos in bonis moribꝫ educaueritis: docete eos timere deuz: vitare pctā: virtutes exercere. hoc eis relinq̄te: hanc hereditatē ⁊ thesaurū eis ꝯgregate vt boni fiāt: qđ reliquū est dn̄s dabit: q̄ se id factū ire spopōdit: neq̄ tardabit. Primū inquiēs q̄rite regnū dei ⁊ iustitiā eius: ⁊ hec oīa adijcient̄ vobis. Si palatin⁹ h̄ tibi ꝓmisisset: si filiū tuū mores doceres ⁊ seruitio eius aptū reddere velles: ipe sibi ꝓuidere vellet: diuitijs ⁊ gl'ia exaltare. crederes vtiq̄ ei: ⁊ diligētia maria cū spe ⁊ gaudio filiolū tuū educares ⁊ doceres quēadmodū palatino (postq̄ ad eū veniret) seruire deberet. sic hic ⁊c̄. Rogemus

Dñica.xxiij. In octaua beati Martini.

Stultorum infinitus est numerus. Eccs.i. Euangeliũ

x Septuagesima tertia turma est. Venator (Jag narrẽ) Inuenio multiplicẽ venationẽ in glo. ca.i. de cle. ve. Non tñ de omi ẽ ad ppositũ. Est pmo venatio hoim oppressiua: de q̃ dicit Gene. x Nemroth cepit esse potẽs in terra: ⁊ erat robustus venator coram dño Lyra. qr p potentiã alios sibi submittebat: ⁊ nolentes ad opus edificãdi turrim cõpellebat: ⁊ h̃ corã dño: qr nihil latet eius ꝯspectũ. ⁊ dist. vi §. vl. dicit. Cepit Nemroth robustus venator esse corã dño. idest hoim oppressor ⁊ extinctor: q̃s ad turrim edificandã allexit. Glo. corã dño: id est eoꝝ q̃ sunt dñi. i. permittente dño. quicquid em̃ fit: iudicio dei fit. vt xxvi.q. v. nec mirũ. Et hec est illicita: secus in bello iusto: tũc em̃ licet laicis: nõ aũt clericis: etiã ꝯtra infideles. vt dicit Panor. de cleri. vena. c. i. Scda venatio est adulatoria: sicut faciunt histriones verbis adulatorijs capiunt hoies: sicut in venatiõe capiunt bestie. Quẽadmodũ hodie in euãgelio pharisei xp̃m: vt pulchre deducit Chrisos. de thauro in ope impfecto: ⁊ illa est illicita omibus. xi.q. iij. Ve q̃ dicitis: imo pctm̃ est istis adulatoribꝫ ⁊ hystrionibꝫ aliq̃d dare. vt in ca. q̃ venationibꝫ. lxxxvi distin. ⁊ ibidem. Glo. bona de hac materia. Tertia venatio est arenaria. idest q̃ solet fieri in arena: cũ bestia dẽtata: vbi hoies pugnabant cũ anialibus feris ⁊ indomitis: ⁊ hec similiter est phibita. in ca. qui venationibus. lxxxvi. dist. veꝝ distinguit hic Panor. de clericis ⁊ laicis: quẽ vide si placet. Sed transeo: qr dei gr̃a iam nõ est in vsu: n[illegible] milites cattoꝝ (Ratzen ritter) q̃s adhuc videmus suis interdũ fatuitatibus operã dare. Est quarta venatio occupatiua clamosa: q̃ fit in siluis ⁊ saltibus cũ canibus. Vide Hosti. in sum. qui bonus est: ego fuerã Panor. imitatus: ⁊ nondum viderã Hosti. Est quita venatio quietatiua ⁊ recreatiua: que fit sine canibꝰ a laicis ⁊ clericis: varijs tẽporibꝫ ⁊ finibus de hac ad ppositũ est. Nõ tamẽ omes huiusmodi venatores sunt fatui vt aũt discernant quesiui ⁊ repperi nolas quinq̃: quas in decreto ⁊ decretali. Panor. ⁊ Angelica atq̃ Rosella videre poteris.

¶ Prima nola est: venari tẽporibꝰ phibitis: h̃ est tpe q̃ hoies tenent esse in eccl'ia ⁊ orare. lxxxvi. distin. An putatis. de con. dist. iij. irreligiosa. ⁊ dist. v. Jeiuuia: nisi forte necessitate famis ingruẽte. c. licet de ferijs: aut alia sili. Itẽ tpe q̃dragesimali: ⁊ diebꝰ ieiunioꝝ. xxiij. q. viij. si nulla ⁊. lxxxvi. distin. an putatis. Sed q̃d: tenent ne serui obedire dñis volẽtibꝰ venari tpe prohibito? Respõdet Rhodo. q̃ nõ: an aũt excusentur a pctõ per metũ dic vt in dictione Metus. §. vi. in Angelica.

¶ Secunda nola est: Venari cum iniusto alioꝝ damno. Nam venatores qui conculcant agros: vineas ⁊ segetes: adde. ⁊ frangũt sepes: quorumq̃ canes occidunt gallinas ⁊ animalia pauperũ ⁊ aliorũ: tenentur ad restitutionem: ad extimationem: alias peccant mortaliter: nisi ita

modicũ sit damnũ ꝙ probabiliter nõ curarent: vt in Angelica. Item q̃ Z
in alienis siluis venant: vbi nõ habent ius venãdi. Neq; possunt se tue
ri ꝑ leges: q̃ dicũt ꝙ fere bestie nullius sunt dominij: sed cõcedunt capi
entibus. quia he leges dũ fuerant edite: loca vbi fere bestie morabant
erãt deserta. Et ideo volenti venari cõmunia: sicut hodie adhuc in qui-
busdam locis est. sed postq̃ loca illa ꝑ vsum vel prescriptionẽ vel statu
tũ sunt a certis dominis possessa: appropriata ⁊ occupata: ⁊ certi custo
des pro arboribus ⁊ animalibꝫ deputati ⁊ iurati: capientes illa vident
furtũ cõmittere: per leges instituta de rerũ diuisione. §. apium. ⁊ in. ff.
veteri: libro. viij. ti. de serui. rusti. pre. l. diuus. Ex quibus colligitur ꝙ
vbi aues ad certũ locũ reuolant: sicut columbe. ⁊ animalia: sicut apes
vel bestie in certo loco pascunt. sicut fere bestie in prato vel foresta vel
parco: furtũ cõmittunt illa auferentes: ⁊ custodes iurati hec dantes vel
nõ defendẽtes periuriũ: procurantes vel recipientes vel petentes sunt
causa periurij: ⁊ inde comedentes furti sunt participes. Hec in summa
predicantiũ. T. ij. vi. Et est durũ pro rusticis: fauorosum ꝑ tyrannis et
oppressoribus pauperũ: qui iniuste aliquãdo sibi vsurpant talia domi-
nia. Sonet ergo sequẽs nola huius tẽperatiua: ⁊ fiat debita armonia.
¶ Tertia nola est: venari subditoꝝ iniuste impedire. Impediens ru-
sticũ ne operationes suas exerceat: piscatorẽ vel venatorẽ vel aucupẽ a
captione pisciũ ferarũ aut auiũ iniuste damnificat: ⁊ ad restitutionẽ te-
netur. Sentẽtia Angeli in verbo Restitutio: ⁊ Fran. de platea allegã-
tiũ. Ad hec leges. Et hoc nisi impediẽs haberet solũ facultatẽ venandi
aut piscandi: cũ exclusione alioꝝ in certo loco a principe vel populi con
sensu: aut consuetudine seu prescriptione legitime ⁊ nõ violenter intro
ducta. Nota legitime ⁊ nõ violenter: hoc modificat precedentẽ nolam.
Tunc em̃ posset in tali loco certis prohibere venationẽ ⁊ piscationẽ ⁊c.
Hec Gabriel in quarto. Dico scd̃o: ꝙ dñs prohibens subditũ ne de A
possessionibus suis feras fructus suos depascentes expellat fugando:
etiã occidendo causa defensionis: tenetur ad damnorũ illatorũ restitu-
tionem. quia naturali iure competit cuilibet defensio rerum suaꝝ: etiã
cõtra homines iniuriantes: ergo magis contra bestias feras irrationa
biles: ⁊ maxime illas que in nullius sunt bonis: ⁊ naturali ratione oc-
cupanti cõcedunt. Itẽ aut fere sunt in bonis dñoꝝ: aut nõ: sed in nullis
Si secundũ: tũc cõcedunt occupanti ⁊ capienti: ⁊ ꝑ cõsequẽs iniuste ꝑ
hibent ab earũ captione. Si primũ: tenent cauere ne damnificent pau-
peres: aut damna restituere nõ minus q̃ de animalibus domesticis.
Dico tertio: ꝙ neq; cõsuetudo aut cõstitutio aliqua humana tollere po
test legẽ nature: ⁊ ideo prohibitio cõtraria est iniqua. immo principes ⁊
rectores q̃ cõdunt tales leges iniquas populũ grauantes: ⁊ a suis vti-
litatibꝫ impediẽtes cõtra ius diuinũ aut naturale aut positiuũ: gr aui-
ter peccant: nec his ad sui obseruantiã populũ obligant. Primũ patet
per illud ysaie. x. Ve qui condunt leges iniquas ⁊ scribentes iniustitiã

scripserunt: vt opprimerēt in iudicio pauperes: ⁊ vim facerēt cause hu-
miliū ꝓpli mei: vt essent vidue p̄da eoꝝ ⁊ pupillos diriperēt. Quid fa-
cietis in die visitationis ⁊ calamitatis delonge veniētis? ad cuius cōfu-
gietis auxiliū? ⁊ vbi derelinq̄tis gloriā vestrā: ne incuruemini sub vin-
culo ⁊ cū interfectis cadatis? Sedm patet dis. viij. q̄ iure. Hec ex Ga-
briele dis. xv. q̄rti. Ex his patet rn̄sio ad q̄stionē de dn̄is: q̄ occidūt vel
mutilāt hoies ꝓpter lepores ⁊ siluestria aīalia capta. Nā fm Asteñ. mor-
taliter peccāt: si faciāt libidine vindicte vl amore hmōi animaliū aut ve-
nandi. Credo etiā q̄ si sit cōsuetudo loci vel statutū: q̄ ꝑ vno actu vena-
tionis tanta pena infligat q̄ nō excusat a mortali oēs obseruātes eam.
vt no. Lancre. in Sūma. ti. de rapina. Hec angelica.

B ¶ Quarta nola: venari cōtra dignitatē ꝑsone. Clericis ꝓpter suam di-
gnitatē ⁊ altius officiū venari nō licet: ne nimis alijs implicent. Tamē
1 cū distinctione quā dant hic doctores. Dicūt in primis q̄ existēs in mi-
noribꝫ nō punit. Alij dicūt q̄ punit pena arbitraria. Panormi. cōcor-
2 dat. Dicūt q̄ qui sunt in sacris: ⁊ habent redditus in venatione: sicut
3 in francia: eis licet. qꝛ nō faciūt ad voluptatē. Dicūt q̄ si nō habent in
4 hmōi redditus: tūc debēt euitare illā clamosaꝫ venationē. Dicūt q̄ nō
5 multū peccarēt: si rarissime hoc qn̄q̄ facerēt causa recreationis. Dicūt
q̄ si facerēt causa necessitatis: puta ꝓpter excitandū appetitū post morbū
6 Dicūt q̄ causa pauꝑtatis licet clerico se nutrire ex hoc. Dicūt q̄ vena-
7 tio q̄ fit cū reti vel laqueo seu piscādo est licita: dūmodo nō freq̄nter in-
sistant. ⁊ assignant rationē cur piscatio sit licita: in ca. Esau. dis. lxxxvi.
8 ⁊ siliter Hosti. q̄s vide in Sūma. Hec oīa Panor. Dicunt quidā: q̄
episcopo nullo mō liceat xxxiiij. dis. ca. i. Alij dicunt q̄ liceat in casibꝰ
p̄missis sicut sacerdoti ⁊c. Apparet mihi q̄ clerici ab his se cōtinere de-
beant: nā valde simpliciter loquit tex. extra de cle. vena. in duobꝫ capitu-
lis. In primo dicit ex cōcilio Arelateñ. ep̄m: pres byterū aut dyaconū:
canes aut accipitres aut hmōi ad venandū habere nō licet. q̄ si quis ta-
liū ꝑsonaꝝ in hac voluptate sepius detentus fuerit: si ep̄s est: tribꝫ men-
sibus a cōmunione. si pres byter: duobus. si dyaconus: ab omni officio
C suspendat. Aliud ca. ex eodē. Omnibus seruis dei venationes ⁊ silua-
ticas vagationes cū canibus: ⁊ accipitres aut falcones interdicimus.
Ecce q̄ꝫ simpliciter ⁊ clare omnibus seruis dei prohibent venationes.
Sunt em̄ ad altiora deputati: ⁊ quanto sunt in maiori statu cōstituti:
tantomagis debent se ab his tēperare ⁊ deo inherere salutiq̄ animarū
procurande insistere. Possunt alia habere exercitia ꝑ sanitate adipiscen-
da ⁊ appetitu excitando: secent ligna: vadant pedestres peregrinatū: vi-
sitando ꝑ diocesim ecclesias suas aut limina sanctoꝝ. Porro si pro ne-
cessitate cogunt exercere artificiū: texant lina: faciāt cistulas ⁊ calathos
vt dicit Ar. de conse. dist. vlti. Sed hac tempestate opus nō est: qꝛ be-
ficijs puident. Itaq̄ clerici intendant quieti: ⁊ his q̄ animū a crudelita-
te cōtinent ⁊ ad cōpassionē cōmoueant. Quēadmodū btūs Martinꝰ:

cuius hodie dies octauus agit: ꝛ eius meminit Hostien. in Summa. Qui mergulos abegit piscantes: ꝛ canes cohibuit ne discerperet lepo rem: vt dicit in eius hystoria. Qui aũt venant: similes sunt diabolo p̄ sequente animã: vt dicit Hostien. quem vide.

¶ Quinta nola est: venari mala intẽtione. Quidã em̃ ex vanitate: alĩ ex voluptate: tertũ ex vtilitate venant. Quidã inquã ex vanitate: putãs se inde glorią adepturos ꝛ eo nobiliores esse: si huic vanitati intendãt. Errãt plane: nã vt ait Frã. Petrar. de re. for. dia. xxxij. si erroꝛe sepoſito in rem ipsam figis oculos: seminobiliũ vltimi ordinis exercitũ hoc videbis: quos a reb⁹ arduis torpor quidã ꝛ ignauie comes diffidentia ab humilib⁹ aũt pudor ac supbia deb⁹tant ac retrabunt. Ad honestũ igit̃ nihil idonei siluas colũt: nõ vitã solitariã acturi: cui nõ minus q̃ se politice ineptos sciunt. sed feris ac canib⁹ ꝛ volucrib⁹ cõuicturi: qõ non facerẽt nisi illis simplicitudine aliq̃ iuncti essent. Vide ibidẽ: Aliꝯ pter voluptatẽ venant ꝛ tpis deductionẽ. neq; hoc licet. Nã dicit Panormi. q̃ si omnino laicus deditus est huic venationi: ꝛ tũc illicita est. ex quo fit ad voluptatẽ tm̃: facit ter. in. c. Esau. lxxxvi. dist. vbi dicit q̃ Esau erat pcẽor: q; venator: ꝛ q̃ nõ legit̃ q̃ aliq̃s venator fuerit sanctus. Sed dicis: Quid de Eustachio qui fuit venator ꝛ vidit christũ inter cerui cornua? Verũ quidẽ: sed nõ mansit venator: neq; cõuersus rediꝯ ad venationẽ: sicut nec Petrus ad piscationẽ. vt dicit Hosti. Porro q̃ voluptas mane surgere: manũ niso occupare: tota die clamare ꝛ currere: ꝛc. Dic ex Petrarcha. Sũt tertũ q̃ pter vtilitatẽ venant. Et q̃dẽ (vt dicit Panor.) illa clamosa venatio fm̃ Glo. licita nõ est laycis: nisi ex necessitate puta p̄ carnib⁹ ꝛ pellib⁹ habendis ꝛc. quẽadmodũ leena pelles attulit i gratia rumactionẽ eremite: qui sibi catulos cecos illuminauit. Sed p̄ facto plus cõstat venatio q̃ sit vtilis: lepus captus libr̃ã vnã cõstat. Et regulariter sunt fatui tales: quoꝝ fatuitates pulchre in facetijs Pogi⁹ detegit. Erat (inquit) Mediolani medicus quidã qui fatuos conat⁹ fuit facere sapientes: ꝛ quẽlibet iurta suã fatuitatẽ imersit lacune quam habuit in area paratã: profundeꝛ pfundius ꝛc. Habuit quendã qui ibi stabat. xv dies: qui rogauit se dimitti. qõ assensit medicus: dum tñ domũ nõ exiret. Qui sub ianua stans vidit adolescentẽ in equo cũ niso et canib⁹ equitantẽ: quesiuit quid esset cui insideret. Respondit: equus. Ad quid eo vteris? ad venãdũ. Quid bestiole q̃ sequunt̃? canes: si liter ad venandũ. Et quid bestia super manu? accipiter. Et quanti est qõ capis annue? bene quatuoꝛ ducatoꝝ. Et q̃nti expendis? q̃nquaginta. Fuge inquit ocyus: ne te reperiat medicus meus: alias in lacunam te vsq; ad mentũ immerget: q; maioꝛ fatuus. Vide facetiã: ꝛ applica.

Dñica pꝛima ꝛ vltima post octauas epiphanie

Festo b. Sebastiani: qõ anticipabat pꝛecedenti sabbato.

Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs. i. Euãge. de lepꝛoso

Sagittariorum

Septuagesima quarta turba stultoꝝ est: sagittarioꝝ (schieß nar-
ren) De his statui dicere: qꝛ hodie dies est sancti Sebastiani:
q̄ a sagittariis occisus fuisse legit̄. Pñt aūt q̄nq; nolis dinosci.
¶ Prima nola est: artem sagittarioꝝ in damnū christianoꝝ exercere,
Ipsi sunt primo q̄ faciūt balistas: sagittas aut tormēta: quas bombar
das appellam⁹: ꝛ vendūt his q̄s sciūt eisdē abusuros. Dicūt doctores
generaliter ꝙ taliū armoꝝ artifices: que semp aut in plurimū veniūt in
abusum pctōꝝ mortaliū: sunt in malo statu. sicut faciētes q̄dā venena:
fucos: taxillos ꝛ chartas. Si aūt ꝓpter aliū finē bonū: tūc aliter dicen-
dū ex Anthoni, pte. ij. ti. i. ca. xxiij. §. xi. Sic ad ꝓpo situ de balistis i tali

casu in quo loquimur. Sūt p̄terea hac nola notati nō solū factores ta-
lium armoꝝ: sed ⁊ hi qui eis vtunt̄ ꝯtra christianos in bello iniusto saltē.
Dicit̄ de hac nola extra de sagittarijs. c. vnico. Artem illā mortiferā ⁊
odibilē balistarioꝝ ⁊ sagittarioꝝ aduersus christianos ⁊ catholicos ex
erceri: decetero sub anathemate ꝓhibemus. ⁊ est Inno. iij. Super hoc
ter. Jo. an. Panor. ⁊ alij multa dicūt. Est plane ars mortifera ⁊ odibil̄ F
⁊ horribilis ꝓpter pericula corpoꝝ ⁊ aīaꝝ. Et dicit Jo. An. se exhorta-
ri ꝙ in bellis cāpestribꝫ hoīes nō vterent̄ balistis: cū sepe accidat ꝙ hō
vilis ⁊ vilissimi cordis perimat hoīem magni p̄cij. Dicit Frā. Petr̄. d̄
re. ꝓs. for. li. i. dia. xcix. Cū cetera quidē arma inquieti ani hec ⁊ degñis
signa sunt: nec pacificis quidē grata ⁊ bellatoribꝫ inuisa magnanimis.
Deniq; sic habeto. Qui balistā primus inuenit: ille aut pauidus fuit:
aut ꝓditor ⁊ nocēdi auidus ⁊ metuēs hostes. Itaq; cogitauit qd̄ Luca.
ait: Lōge tēdere neruos: Et q̄ ferre velit cōmittere vulnera vētis. Idq;
de om̄i gñe missiliū puta. Fortis bellator cōgressuꝫ hostis exoptat: quē
sagittarius vitat. Hec Fran. Hac nola notati sunt tortores sagittarij
seti Sebastiani: qui christianus fuit: ꝯtra quē exercuerūt suā artē. Sic
⁊ venatores btm̄ Egidiū sagittātes ꝓ ceruo: vt dicit̄ in historia eius.

¶ Scd̄a nola est: sagittare ꝓpter lucrū aut alia mala intentione. Dicit
Angel. ꝙ qñ ludus humanus qui videlicet fieri debet ad recreationeꝫ
suam vel alioꝝ vel causa virtutis experiende: quādo inquā talis ludus
fit causa lucri principaliter: est illicitus. Unde peccant venialiter: quia
debent ludere principaliter causa recreationis ⁊ solatij ⁊ exercendi in-
geniū vel virtutē corporis. Verū est: quia faciliter inducit ad mortale:
quando fit principaliter causa lucri: vt patet ex experientia. ⁊ vituperā-
dus: licet lucratū nō sit nisi de bono consilio pauperibꝫ erogandū. Hec
Angelica in verbo ludus. §. ij. Unde tenet Matth. vt notat Cardi. in
cler̄. ij. de vi. ⁊ ho. cle. ꝙ ludens ad scacos causa cupiditatis peccat mor
taliter. Quod intelligo verū: ait Angel. qñ talis cupiditas esset morta B
lis de se. Pro hoc vide notabilē decisionē Gabrielis dist. xv. quarti. q.
xiij. vbi determinat ⁊ ꝓbat ꝙ aleator ex cupiditate lucrans peccat mor
taliter. Ubi cōcludit ꝙ nō solū hoc habet veritatē in ludo alee: sed in q̄-
cūq; ludo: imo in quocūq; negocio in quo quis proximū ex cupiditate
nititur notabiliter damnificare: ⁊ bona proximi sibi vendicare sine iu-
sta recōpensa. Sed cōtra: volenti nō fit iniuria. Rñdet ibidē: ꝙ non ve-
lit ⁊c̄. Cōtra: ergo lucrans teneret̄ ad restitutionē: qꝛ dominiū nō trans
ferret̄ in eum? Quere solutionē in doc. Quā digne igit̄ sagittantes pro
pter lucrū siue ex cupiditate hac nola notent̄: quia peccant: ex his facile
patet. Sed ⁊ ex alio: quia raro consequunt̄ qd̄ parant: immo grauiora
sentiunt damna ꝓpter temporis ⁊ artificij sui perditionē: quia ad longā
distantiā aliqñ locoꝝ diuertunt pro lucro ⁊ gloria: ⁊ cū penitentia rede
unt ⁊ ignominia. Porro magnā inquietudinē ⁊ reliqua: vt in speculo
vestro fatuoꝝ videri potest.

¶ Tertia nota est: Sagittare ꝓpter recreationē indecentem. Efficitur sagittatio (que etiam causa recreationis fit) aliquādo indecens tripliciter.
1 Ratione ꝑsone. Quāuis cuiuscunq; status sint ꝑsone: possint vti ludis ad recreationē: sicut patet de sctō Antho. ⁊ Joanne euāgelista: q̄ humanā fragilitatē per arcū significari volebāt: qui dū diu tenet̄ tensus ad iaciendū iacula infirmior redditur. Sic ⁊ humana fragilitas ad cōtemplationē minus valida fieret si fragilitati sue interdum cōdescendere recusaret. Non tamē om̄ibus oēs ludi recreatiui cōueniunt aut decēt
H Sunt em̄ quidā ludi inuenti ꝑ pueris. ait Catho: Troco lude. Alij ꝑ adolescentib⁹. vt ludus pile. Alij ꝑ iuuenib⁹: vt iactus pali: cursitatio ⁊ hmōi. Alij ꝑ viris vt ludus scacoꝝ: q̄ ludus nec etiam clericis est prohibitus. ſm Lau. Tamen ad tollendū scandalum laicoꝝ corā laicis non debent hmōi agere. Alij pro dn̄is precipue tēporalib⁹: vt histrionatus honestus: ꝑ prelatis catuli ⁊ simie: licet potius solatia sua in scripturis deberēt querere. Juxta illud primo Macha. xij. Habentes solatia libros sanctos in manib⁹ vestrꝫ. Hec Antho. parte. ij. ti. i. ca. xxiij. §. i.
Sed nota sctōs libros: nō lasciuos libros poetaꝝ. Patet itaq; q̄ nō om̄ibus oēs ludi cōueniunt ⁊ decent. Si igit̄ quis sibi indecentē vsurpat recreationē peccat: itaq; ⁊ si liceat sagittare causa recreatiōis: nō tamen om̄ibus hoc licet: puta ꝑsonis precipue ecclesiasticis: in tali dignitate constitutis. Puto igit̄ q̄ clerico nunq̄ liceat sagittare: nisi forte sagittare balistis illis pueroꝝ: dūmodo tamē fieret in secreto ⁊ sine scandalo. Non em̄ in publico liceret sibi balistas pueris debitas vsurpare
2 ꝑ recreatione cū alioꝝ scandalo. Ratione modi (zu wenig[illegible]nd zu vil verhönet alle spil) debet obseruari modus in ludo: sic ⁊ in sagittando
I ratione recreationis: nō nimis indulgendo. Ue nobis q̄ miserabiliter erramus: ⁊ cū modicū tēporis deberemus iocis ⁊ recreationibus: multum aūt serijs: q̄ ad seria nati sumus: fere totū tempus absumimus in ludis recreatiuis: quasi ludi essent principalia: seria accidētalia. Ecce principalia raptim ꝑficimus: sicut cantus ecclesie ⁊ diuina officia. Raptim inq̄ ⁊ ꝑfunctorie: quatenus eo citius ad iocos ꝑueniamus: ⁊ illis diuscule: immo ꝑ maiori parte diei intendimus. Nō sic fieri oportet: sz ludis oportet vti vt sale: de quo non fit integrū pulmentū: sed solum cōditur: sic de pinguedine ⁊ melle qđ guttatim frixis suproramus. Sic in ꝓposito aꝓplica: heu nos oīa peruertimus. Uidebis sagittarium mane parantē balistam aut sagittas: ⁊ illo totum mane absumit: mox post prandium exit: ⁊ toto die ludit: currit ⁊c. nō est hoc sal: sed pulmentū ⁊c. sic in alijs. Quid multa? sumus de numero q̄ putent ludum esse vitaꝫ
3 nostrā. Sapie. xv. Ratione tēporis. Puto q̄ dies festus preceptus: nam cū tali prohibeat̄ omne opus seruile. Exod. xx. nō videt̄ quomodo sagittatiōes (precipue q̄ multū fatigāt) excipiant̄. Puto aūt q̄ laico liceat si fiat exercitatiōis causa aut recreatiōis etiā in festo: presertim recreationis causa: dūmodo nō negligat̄ qđ deo pertinet: ⁊ nō protrahat̄

magna mora: ꝛ vertaꝫ recreatio in fatigationē: q̄ reddit inabilitatē ad
uotionem. Nō sic clerico: qz huic vt dixi nunq̄ licet. Hoc est qđ dicit
Angelica: q̄ in ludis i quib⁹ modica seruitus ineſt nō eſt mortale: licet
fiat in feſto: niſi p totū diē ſe in hmōi occuparēt dimiſſis diuinis. Ad-
dit q̄ ſi ludus humanus ex nulla illaꝫ circūſtantiaꝫ fiat illicitus: non R
erit pctm̄: ſi fiat cauſa honeſte recreationis vel virtutis aut ingenij exer
cendi. aut ſi erit pctm̄ erit veniale. Ad idē eſt Gerſon: q̄ dicit in regulis
moralib⁹ ꝛ triptito: q̄ ioci ꝛ alie recreationes corporales apud vulgus
diebꝫ feſtis: quanq̄ ſepe admixtas habeāt malitias ꝓtra legē dei: nō tñ
p directū obuiāt eccleſaſticis inſtitutis. In triptito dicit: q̄ recreatiōi
põt licite homo diebꝫ dñicis ꝛ feſtiuis vacare: aliquā recreationem aut
ſpatiamentū vel ludū honeſtū cauſa ſolatij aſſumere pluſq̄ alio tpe: dū
modo p pctm̄ mortale nō offendaꝫ deus. Vide ibidē. Viſum eſt mihi:
q̄ multo facilius ſit oīno a talib⁹ abſtinere: q̄ ea cū talib⁹ circūſtātijs q̄
rectificant exercere. Si laicus mane intenderit diuinis: ꝛ poſt prandiū
ſermōe finito iret ſagittatū ad borā vel duas: deinde cū ſocijs facta me
renda rediret ad veſpas. credo eū nō peccare: ſed puto q̄ facilius oīno
abſtineret a ſagittando q̄ cū tali moderamine ꝛ freno ſagittaret. Pro-
pter hanc tpis cōditionē clerico tps ſagittandi nō vacat: ſed ꝛ laici cum
clericis die feſto poſſint ſibimetipſis aliū ſagittādi modū eligere: cū q̄
poſſent ꝛ debeāt poſt prandiū ſe exercere: ita vt vix p codē eis tps ſuffi-
ceret: nec alia ꝓmitterent ſagittationē anhelare. Et que eſt hec inquis
ſagittatio? Audi: os tuū tenet formā baliſte: arcus ſuperi⁹ labiū: zona
inferius: lingua columnella eſt: huic ſuppone ſagittas. Prima oratio 1
nis: hanc mitte verſus celū ſurſum: multis ſuſpirijs ad deū ꝛ ſctōs oēs
ꝛ ſingulos ora p aniab⁹. Multe ſunt mete: ꝛ plurimū tpis abſumes in
mittēdo hui⁹ generis ſagittas. Sic ſagittare ſolebāt patres in egypto 2
qui (vt b. Tho. ij. ij. tangit: vel in tractatu de aſcenſionib⁹ ponit) ora tio
nes iaculatorias mittere ſolebāt. Hec ſunt iacula ignita q̄ incendunt ꝛ
vulnerāt cor dei: ſed ꝛ diabolū qui dixit: Incendūt me oratiōes tue: ad
Antoniū. Sagitta correctionis: ſi ꝑlatus es he ſagitte acute debent 3
mitti ꝓ tra ſubditos: ſicut poſt dicet. Dñica ergo die corripe familiā p
negligentia diuinoꝝ. Sagitta ꝑdicationis: doce familiā ꝑcepta dei: 5
ſymbolum de penis inferni ꝛ gaudijs celi. Sagitta laudis vocalis: ſi 4
clericus es. Ire ſagittā cōtritionis ſup pctis p totā hebdomadā ꝑpetra-
tis in cor tuū ſagitta. Sagitta diſcretionis: conare tāgere metā: id eſt 5
mediū virtutū p prudentiā. illud conſidera diligēter ſicut ſagittari⁹ metā
Tandē aducere ſagittariū mortē: q̄ pingi ſolet cū arcu ꝛ pharetra tan 6
q̄ ſagittarius. hanc cōtēplare: meditare diligēter: qz neſcis qñ receptu-
rus ſis ſagittā. Sic ſagittare docet Gerſon in ſuo triptito ꝑcepto tertio
vnde ꝛ alia elicere poteris. Qui ſe occuparet circa has metas ſine tedio
negligētia aut pctō diē feſtū deduceret: neq̄ ei vacaret tps ſtulte ſagitta
tioni intendere. Si habere has ſagittas: eo facilius poſſem ſagittare:

i

vellem orare: cōteri: corrigere: p̄dicare ꝛc̄. Sz nescio nō habeo sagittas Si nō habes: fac tornas eas (Ler sie tregē) b̄ licet die festo: ꝛ ē artificiū honestū: qđ ad litterā etiā magni p̄ricipes nō dedignant̄: q̄ erubescerent discere aut exercere alia artificia. Itaqꝫ laici ꝛ clerici b̄ facere possunt: sagittas tornare: verba scz oratiōis: correctiōis: p̄dicatiōis ꝛc̄. Discere die festo ꝛ feriali: vt tp̄e suo habeant sagittas quas emittant.

Dñica in. lxx. Dies sancti Joan. Chrisostomi.

M ¶ Quarta nola ē: Sagittas diuinas declinare. Est dñs deus sagit
1 tarius: mittit sagittas tribulatiōis: famā: pestilentiā: bella: īfirmitates paup̄tatē: ignominiā. He sunt sagitte dñi. Si est malū in ciuitate qđ nō fecerit dñs. Arcus dñi tyrāni sunt: hoīes mali bestie: elemēta: influentie celestes: ꝛ alia hmōi per q̄ mittit sagittas aduersitatū: mittit sagittas has in bonos ꝛ malos: qꝛ aduersa vtrisqꝫ accidūt. Si bonus es tāgit tibi vlcus: sagittat vt aperiat: ꝛ saniem occultā effluere faciat: noli ḡ tristari: sed age gr̄as. Noli has declinare sagittas: neqꝫ putes aliūde q̄ꝫ a deo patre tibi infixas: quāuis p̄ arcū creaturaꝝ. Dic cū Job. Dñs dedit: dñs abstulit: cū tñ ignis ꝛ vētus ꝛ hostes ꝛ diabolus hec sibi abstulissent ꝛ vlcera intulissent. Sagitte inquit dñi in me sunt: quaꝝ indignatio ebibit spm̄ meū: ꝛ terrores dñi militāt cōtra me. Job. vi. Nō sic impij nō sic: sed has sagittas declināt: nō eas suscipiūt de manu dñi: sz si cogunt̄ pati ꝛ infixas sibi viderint: in eas instar canis mordent: sed nihil p̄ficiūt: velint nolint patienter verbū b̄ dñi p̄manebit: qđ scriptū est
N Deuter. xxxij. Sagittas meas cōplebo in eis: nedū hic s[illegible] ꝛ alibi p̄ eternā dānationē sue seuerissime sententie: quē arcū effugere nō poterūt dānatiōis: qꝛ hic arcū tribulatiōis huius tēporis fugere nisi sunt. Secus de bonis q̄bus dedit deus significationē: vt fugiāt a facie arcus dāna-
2 tionis: p̄ sufferentiā arcus tribulatiōis p̄sentis. Est deinde diuinus sagittarius prelatus. Sagittarius inq̄ꝫ sagitte correctiōis. Arcus est iudiciaria potestas. Lignū durū sed curuū est rigor iusticie sed reflexus pietate: corda mollis sed recta: pietas sed iusta: sagitte pene varie. s. pecuniarie verbera: exilia: carceres vltima supplicia. Has mitte discrete iuxta exigentiā delictoꝝ: nō indifferēter. Rursus mitte sagittā punitionis in callem tue iurisdictionis nō aliene. Arcus suus de cornu duro: iusticia est rigida: quā seruare debet: curuus debet esse ꝛ ad se reflexus patere legē quā ipse tulerꝫ: ꝛ curuus p̄ pietatē: habeat cordā mollem sz rectā: idest pietatē sed iustā: vtat̄ arcu nō balista: vt moderet̄ penas iuxta qualitatē peccantiū. Qui balista sagittat eque fortiter p̄cutit auiculam ꝛ bouē: muscā ꝛ equū: nudum et armatū. qui aūt arcu: potest remissius aut fortius ad libitū p̄cutere. Sic prelatus nō equaliter debet punire sup̄bos dure ceruicis ꝛ hūiles obediētes. Aliqñ nulla sagitta p̄cutere: sed solū balistā siue arcū exhibere (Das armbrost bieten) vel (eyn ruor zeigen) instar dimicantiū. Nimirū fortior correctio requirit̄ ad castigā

dum obstinatos: duritia ꝛ excusationib armatos: ꝙ alios mansuctos
ar cere subiectis ꝛ debellare supbos: ait Virgil. Ipsi sunt q ita duri
sun ꝛ aliqñ obstinati q ferro ꝛ sagitta correctiois sunt inpenetrabiles.
De quib recte dicit illud Job.xli. Nō fugabit cū vir sagittarius: in sti
pulā versi sunt ei lapides funde. Cōtra tales nō est mitius ꝓcedendū: D
sed cū conatu ꝛ impetu est talib a ꝓlato obuiandū. Ad sagittariū perti
net clare videre ꝛ attente respicere: vnū scilicet siniſtrū oculum claude
re: vt rē sagittandā melius possit discernere: ꝛ magis certe sagittā face
re. Et ꝓlatus debet clare videre ꝓ discretionē: attente respicere ꝓ diligē
tē deliberationē: vnū siniſtrū oculū scz oculū carnis q nō videt nisi ꝓces
fauores odia ꝛ ꝓmia: debet claudere ꝓ fauoris ꝛ odij reiectionē. ꝛ cum
recto dextro oculo spūs scz recte discernere ꝓ delictoꝝ examinationē: ꝛ
sagittanda sagittare ꝓ iustā correctionē ꝛ punitionē. ne forte sit sicut la
mech: q cū esset cecus ꝛ haberet arcū a puero ductus ꝓ bestia hoiem sa
gittauit: ꝛ Cham in loco vni⁹ bestie interfecit: sicut dr in histo. schola.
Plane ꝓlati qui ducunt a puero. i. a ꝓpria sensualitate: ꝛ maxime si ca
reant claro visu discretionis scz subtilitate. si tales habeāt arcū iudicia
rie ptātis solēt sepe ꝓ bestia hoiem ledere ꝛ iustū loco impij vulnerare.
Et quidā. iij. Reg. xxij. in incertū sagittā dirigēs casu percussit regē isl.
Sagittas has multi declināt subditoꝝ: ꝛ pauci eas debite excipiūt: et
neq eis debite exhibent timeo. Utrobiq defectus: si solus qui sine cri
mine est debet ꝓicere lapidē in adulterā aut quēlibet pctōrē: qs ꝓiciet:
Est tertio sagittari⁹ diuinus ꝑdicator. Habet ꝛ hic sagittas suas nō 3
quidē punitionis: sed ꝑdicationis ꝓ auditoribꝫ arguēdis. Difficile ad
modū: sicut declarat b. Grego. in dialo. q cū culpā auarus gaudet ꝓ
digus: ꝛ cōtra. Quā pauci sunt deus meus: q sagittas has ꝑdicatiōis
excipiāt salubres (Ferr bindan ist guot für die schütz) Sūt q studiose ꝛ
de industria fugiūt de ꝑdicatione: timēt ne tangant sagitta: ne doceant
putantes se inde excusari si nescierint: stulti nesciētes q: q ignorar igno
rabit. Quantā sibi vtilitatē ꝛ ꝑdicatiōis adimāt fructū: nō est facile di ꝓ
cu. Anthonius stabat ꝛ audiuit legi: Ecce nos relinquim⁹ oīa ꝛ secuti
sumus te ꝛc. ꝛ factus est sanctissimus eremita. Sic multi tacti sunt et
cōuersi. Sic Augu. ad ꝑdicationē Ambrosij. Debet habere sagittari⁹
hic pharetrā sacre scripture: que plena est sagittis diuinoꝝ eloquioꝝ in
magna copia depictis: ordinatis ꝛ ornatis iuxta exigentiā auditorum
Rūs q habet eas semp in prōpto: vtcū vtile fuerit emittat sicut oportet.
Oportet vt aliqñ in altū mittat sagittā ad fortē (ein gügerling schuf)
neminē directe in faciē reprehendendo: sed in magna generalitate. vt cū
nescit vitiosos siue aliqs vitiū: ita fiet: vt sagitta cū desursum ceciderit
tangat fortassis cū cui necessaria est. Aliqñ ad latus dirigere sagittā re
prehendendo alienos: q nō sunt hui⁹ audictie: puta italos aut gallos.
ꝛ sic audiēt nihilominus q ꝓsentes sunt ꝛ culpabiles. Aliqñ in faciē: si
cut christus phariseos: Ve vobis scribe ꝛ pharisei ꝛc. in multis locis:

vnde ⁊ crucifixus fuit. Sic Jo. bap. genimina viperaꝝ. ⁊ Herodē in faciē sagittauit: Nō licet tibi habere vxorē fratris tui. vñ ⁊ decollat⁹ fuit. Et Jo. Chriso. cui⁹ hodie dies festus agit̄: reginā corā cui⁹ imagine ue statua ante templū populus ludere solebat: vñ in exiliū missus fuit.

Q Nimirū inuiti ferimus tales sagittarios: qui in faciē directe sagittas mittūt. Eos aūt diligimus q̄ (gügerling schiessent) neminē tangūt. ⁊ q̄ nō sagittis acutis: sz obtusis ⁊ leuibꝫ (kinds bōltzlin) sagittāt: correptionibꝫ leuissimis cū risu ⁊ blandimētis: ⁊ se mox excusant sup̄ correptione facta: ⁊ rogāt ne egreferant blanditores ꝑniciosissimi. Hos deniqꝫ sagittarios diligimus: ad illos pedē figimus ⁊ sistimus: qui nō sagittas sed rapaꝝ fragmina emittūt (ruben schützen) vel cinerē. quēadmodū in ludis carnisp̄riuialibꝫ fieri solet: ꝓuocātes ad risum: scōmata edentula p̄dicantes: ridicula ⁊ fabulas ad risum ꝓuocātes recensendo. Non sunt sagittarij apti ad hanc arcē ambonis. Audi Paulū instituentē discipulū suū: quēadmodū sagittare deberet. i. Thim̄. v. Peccātes corā om̄ibꝫ argue. Et. ij. Thimo. iiij. Argue: obsecra: increpa. Ad Ti. ij. Argue cū oī imperio. Vide Glo. ⁊ applica. Per hoc tñ nolo dare occasionē indiscrete arguēdi ⁊ increpandi in cancellis: neqꝫ tales audaculos p̄dicatores laudandi q̄ modū nō obseruāt neqꝫ attendūt. vt iuxta exigentiā correctionis correptione moderent̄: sed ex furore ⁊ impetu vindicte aliqñ ꝓrūpunt in pctōres. Serua charitatem: ⁊ dic quicq̄d voles. sint ignita igne charitatis: nō iracūdie ⁊ furoris. Vis videre sagittariū p̄dicatorē aptū: intuere Chriso. cui⁹ hodie dies fest⁹ agit̄. Hic nulli generi hoīm pepercit: q̄n sagittas correptionū in eos transmitteret: in clericos ⁊ laicos nobiles ⁊ plebeios. In clericos: nā hos correxit. In ꝓceres (edlē hofflüt) q̄s obiurgabat. In p̄positū imperatoris Eutropiū (hoffmeister.) In magistrū militie Aianan: quem humiliauit (ritter meister) In infideles paganos ⁊ arrianos. In ep̄os: nā Seuerianū eiecit: epiphaniū rep̄hendit: cōsiliū eoꝝ nō curauit. In Augustā: cōtra quā orationē fecit: q̄r causa cōcilij fuit ꝓpter ortū quē vidue abstulit: vt dicit̄ in cathalogo. Ideo in exiliū mittit̄ ⁊ reuocat̄: sed iterū in Augustā contra statuā argenteā. Dic historiam in finem vsqꝫ cursorie.

¶ Feria sexta: profestū btē Marie purifiationis: hora tertia infra vesperas in ambitu eccl̄ie Argeñ.

R ¶ Quinta nola est: sagittas diabolicas excipe siue pati. Mittit diabolus sagittas tentationū igneas: vtiqꝫ sm̄ q̄ Apl's ad Ephe. vi. inuit O quotiēs accendunt̄ his telis ignitis ꝑcussi: ira ⁊ indignatione cōtra proximū: cōcupiscētia ciboꝝ ⁊ venereoꝝ. In hui⁹ signū aliqñ legimus diabolū apparuisse in Vitaspa. instar ethiopis sagittantis tela ignea. Tot sagitte quot tentationes: quaꝝ magnā multitudinē Gerson enumerat. Ad has sagittas tentationū stas o hō miser: non fugis eas sicut diuinas. Ex fatuitate tres expectas ictus: quēadmodū de fatua ⁊ stoli

da aue (busant) theutonice appellat. Dicit (Du stost dry schütz als eyn
busant) Suggestionē scz: delectationē ⁊ consensum. Dic ad placitū de
tr[illegible] tentandi modis. ex doct. p informatione: vt sciant qñ sit mortale.
Cor[illegible]ie venerꝫ hi sunt nodi. Visus: colloquiū: cōtactus: oscula: factū
Ecce sagittas q̄ttuor: deinde corruis ⁊ iaces. Stas o fatue sicut ceruꝰ
quousq; sagitta pcutit. Est ceruꝰ simplex anial: admirās quicq̄d vide S
rit de nouo: ⁊ ideo cū duo sunt venatores sibi insidiantes: vnus scz ap-
te: alius vero occulte: cū illius aperti ⁊ canū suoꝝ admirat latratū: ⁊ si-
bilū: occulti sentit sagittā ⁊ venabulū: ⁊ nō euadit mortis periculum.
Sic nimirū plures venatores spiritales nobis insidiant: vnus aptus
cū multis canibꝰ. scz mūdus cū om̄ibus delectationibꝰ. ⁊ vnus occultꝰ
cū sagittis ⁊ arcubꝰ: scz diabolus cū infinitis tentationū generibꝰ. Qꝫ
si incaute in latratu ⁊ sibilo istius aperti venatorꝫ. i. in amplexu delecta
tionū mūdi intēdimus: venator occultus. diabolus: sagittas tentatio-
nū emittet. ⁊ dū eū non precauemus: nos subito p aliq̄d pctm̄ mortale
pcutiet ⁊ occidet. Sic fatuella illa eua: p̄ma mater nr̄a stabat expectās
⁊ pniciose excipiens sagittas diaboli ꝟba secū miscens. Sic hodie mul
te eius imitatrices nō fugiūt colloquia viroꝝ: sed manēt stātes ⁊ nō re
cedunt: quousq; ad mortē anie fuerint p pctm̄ vulnerate. Noli stare: no
li expectare: sed fuge. Prudentes sagittantē nō expectāt stantes sed fugi
unt: neq; in eodē loco manent. Et tu fuge: hec efficacissima ars. Fugite T
fornicationē (clamat Apl'us) In alijs em̄ peccatis cōflictus expectare
pōt (ait btūs Ambro.) nō aūt in fornicatione: q̄ sola fuga vincitur: qua
si a facie colubri fuge pctm̄: presertim carnis. Porro nō intende ocio: sz
exerceas te iugiter: ⁊ cauebis sagittā illam. Semp aliq̄d boni facito: vt
diabolus te occupatū inueniat. ait Hiero. ⁊ Ouidius. Ocia si tollas
periere cupidinis arcus. Querit Egistus quare sit factus adulter. In
promptu causa est: desidiosus erat. Sic ⁊ dauid. Ocia in periculum
adulterij mittūt. Noli stare erectus: sed inclina te p humilitatē: nimirū
pdest hic modus: ⁊ si cōtra oīa tela inimici: iuxta visionē beati Antho-
nij: de mūdo operto laqueis: p̄cipue tñ ꝯtra viciū luxurie: qꝛ supbia pu
nit p luxuriā. vt deducit Alexāder de Ales. Mittit sagittas linguas 2
scz detractionū: per balistas oris maloꝝ hoim. Vere sagitta lingua de
tractoris est. Sagitta de occulto ⁊ longinquo venit: ⁊ detractio ab oc 1
culto: in absentia eius cui detrahit. Sagitte ferrū habet formā lingue 2
serpentis: ⁊ detractorꝫ lingua similis lingue serpentis: q̄ fundit vene-
na ⁊ vulnerat vsq; ad cor. Vulnerat vtiq; detractorē: cū cui detrahit et
auditorē. Ex Lugd. ⁊ venenū infamie fundit ⁊ prauas locutiōes. Sz
ne putes fictionē hāc friuolaꝫ ⁊ vanā: audi scripturā Hieremie. ix. Sa
gitta vulnerans lingua eoꝝ pacē cū amico suo loquit ⁊ occulte ponit ei
insidias. Vbi hāc viderꝫ sagittā volare: caue ne stes: aures nolito prebe
re: qꝛ audiēs detractionē: ⁊ detrahēs parificant in crimine. s̄m beatum
Bernhar. Saltē repugna signo: ⁊ sagittā repcuties cōtra mittentē. Si

cut em̄ ventus Aquilo pluuias dissipat: sic facies tristis linguā detrahentē: ait Sapiēs. Uide. ij. ij. Inclina te ꝑ humilitatē. cogita ꝙ tu pe-
iores q̄ꝫ is cui detrahit. dic: Miserere mei deus. ⁊ fac suꝑuolet cap-
3 tuū sagitta detractionis: ⁊ ꝑ cōsensum nō cōtingat. Mittit ꝑter[illegible] sa-
gittas derisionū ꝯtra hoīes bone voluntatis. Hoc oīno conat diabolꝰ
quēadmodū retrahat a dei seruitio hoīes: ⁊ ꝯtra eos p̄cipue incipiētes
U Sagittas mittit irrisionū: quibꝫ multi instar paruuloꝝ retardant: ne
exeant de domo vitioꝝ ⁊ ingrediant vitā virtutū. Sil̄es pueris q̄ ter-
rent latratu catuloꝝ: qui tn̄ mordere nō pn̄t. Uerū plane est qd̄ ait Se-
ne. Autoritatē habemus senū ⁊ vitia pueroꝝ: nō pueroꝝ tm̄: sed etiā in
fantiū. illi leuia formidāt: hi falsa: nos vtraq̄. Qui ꝟba irrisoris timet:
leuia formidat: falsa formidat q̄ reputat dedecus qd̄ est honor. Mun-
dus velut catulus latrat: irridendo eos q̄ bn̄ agūt. sed mordere nescit:
qꝛ nō eos ꝑcutit: ⁊ cū satis latrauerit tacebit. Sil̄es sunt (vt proposite
materie de sagittarijs alludamus) his qui paruuloꝝ sagittas timent.
Nōne stultus merito reputaret de hac turma qui ꝓpter paruulos sagit-
tantes in platea nollet ꝑgredi ad ecclesiā? Tales sunt vtiq̄ q̄ ꝓpter ꝟba
derisoꝝ dimittūt seruire deo. Debis Psalm̄. Sagitte paruuloꝝ facte
sunt plage eoꝝ. Si aliq̄s miles diceret se nō audere seruire regi roma-
noꝝ qꝛ hoīes inde loquerent: friuola ⁊ ridiculosa esset excusatio. Non ḡ
simus fatui tales: vt ꝓpter verba hoīm dimittere velimus seruire deo:
Sagittas has irrisionū diabolicas nō curemus: sed cōtemnamus. po-
tius diuinas suscipiamus dei tribulationes: prelatoꝝ correptiones et
predicatoꝝ exhortationes fideliter excipientes. Rogemus ⁊c.

Dn̄ica in. lx. altera Purificationis.

Positus est in signū cui contradicet. Lu. ij. Euāg. de dn̄ica
X ¶ Sexta nola qua dinoscit fatuus sagittarius est: metā puritatis nō
obseruare. Reperiunt quidā bone volūtatis hoīes multa spiritalia ex
ercitia: q̄lia sunt ieiunia: vigilie: meditatio scripturaꝝ: nuditas ac pri-
uatio oīm facultatū: ⁊ sil̄ia faciētes. finē tn̄ debitū ignorātes: q̄re scꝫ si-
ue ꝓpter quid. vt videlicet iuxta finis exigentiā ea moderari dinoscant:
putantes ea esse ꝑfectionē. ⁊ nō ꝑfectionis dūtaxat instrumēta: qꝛ nō in
ipsis cōsistit ꝑfectio siue discipline illius finis: sed ꝑ illa ꝑuenit ad finē.
Sicq̄ debitā metā nō obseruant neq̄ aspiciūt: ad quā sagittas suoꝝ ex
exercitioꝝ transmittāt: ergo brauiū suoꝝ exercitioꝝ nō ꝯsequunt. Sed
accidit eis in primis qd̄ viatori: qui finē vie sue nescit: ⁊ locū q̄ perget
nō cōsiderat vel attendit. hic plane frequēter errat: multū laborat ⁊ pa-
rū proficit. Sic si in exercitijs tuis spiritalibꝫ finē exercitioꝝ nō atten-
dis vel cōsideras: freq̄nter multū laborabis: ⁊ a fine tuo eque distabis
Sepe ꝑ ardua in ieiunijs ⁊ vigilijs ⁊ similibꝫ multū fatigaberis: ⁊ pa-
rū in vera spiritalitate proficies. Similes deinde ad ꝓpositā metapho-
ram sagittario nō habente metā sibi propositā siue signū: sed inuacuum

aerem sagittante. qui scire nō potest an artificiose bene vel male sagit-
tet. Secus si haberet signū constitutū: penes eū illud aduertere potest
male vel bene sagittet. Sed alis: Et que est hec meta siue finis exerci
tiorū ad quē ordinari debēt talia exercitia? Respōdeo breuiter: est cha
ritas: ordis puritas: approximatio ad primeuū bois statū: reforma
tio virtū: insertio virtutū: vera spiritalis ad deū conuersio: ad impassibi-
litatē tēdere: perfectionē adipisci. Habet plane hec meta siue finis mul
ta noia: que fm ordinē declarare statui: quatenꝰ ad eius notitiā pueni
re possimus. Nominat status primeuus bois: z quis est ille? Talis
est: q Adā sic creatus fuit a deo oē qđ debuit clare intellexit: atq sine
appetitu cōtrario seu quauis cōtradictione: imo cū delectatione voluit
z appetijt sicut se debere appetere rationis iudicio intellexit. In hac pa-
ce omnimoda z tranquillitate q̄ ad vires inferiores cū superioribꝫ fuit
z tales etiā nos ab eo descendētes fuissemus geniti: si pmānsisset in. obe
dientia mandatoꝝ dei. Sed qđ? Homo peccauit: z deo subesse noluit:
ideo sibi subtracta est hec gratia siue donū: qđ appellabat originalis iu
stitia: quo tenebant potentie sub obedientia rationis: z etiā vires inferi
ores facte sunt sibi rebelles. Amisit igit pacē: tranquillitatē: gaudium:
letitiā z quietem. z inuenit inquietudinē: tristitiam: labores: dolores z
continuā mutabilitatē. Fuit intellectuali lumine plene illustratus: ab
omni fece cōcupiscentiaꝝ depuratus. nunc aūt ignorantie nubilo exce-
catus: omniaq ossa sua concupiscentiaꝝ fecibus medullitus sunt infu
sa. Quid multa? Homo factus est sibi ipsi grauis: z pria eius vita fa- 4
cta est ei tentatio: z nō aliud q̄ saccus in quo canes murilegi z mures
concluſi seinuicē mordent z psequunt. Sic repugnant vires in eo quo
usq redacte fuerint ad obedientiā z ad illum statū primū redeat. Hic
est finis z propositū ad quod tendere debet homo per sua exercitia spi-
ritalia: vt per ea se in primū hunc statū reducat cū dei assistentia z suo
conatu. Venit ideo christus in hunc mundū: dedit precepta z sacramē
ta: z seipsum in exemplū: vt fm hoc operaremur. Unde legitur oratio:
Deus qui nos ad imaginem tuam sacramentis renouas z p̄ceptis tē
Ad imaginem eius creati fuimus: habentes intellectū memoriā z vo-
luntatē deiformes in Adam. Sed deformata est hec imago per tene-
bras: vanitates z voluptates. Dedit ergo sacramenta que nos sacrēt:
similiter precepta: sed z se in exemplum prestitit. Omnia ergo exercitia
nostra debent ad hoc ordinari vt repararemur.

Feria secunda: ad sanctā Katherinā mane hora septima: repetij precedentia z continuaui.

Appellat hec meta charitas z puritas. Sic per omnia vt in libro de re 2
formatione virtū: vnde z hec septē nomina sumpsi. Appellatur virtū 3
reformatio. Habemus tres vires: scilicet intellectum: memoriam z vo
luntatem. Ille fuerunt sic disposite in creatione: q̄ intellectus erat illu

minatus memoria deiformibꝫ plena voluntas: sed ꝑ pctm̄ sicut senti-
mus intellectus est tenebris obuolutus: memoria plena fatuitatibꝫ v-
luntas cōcupiscētijs malis. Ad hoc tendere debemus: vt hic refor-
mur: quatinꝰ intellectus illuminet̄. ⁊ hoc ꝑ scientiā fit: q̄ acquiri ꝑ exer
citiū siue experimentū: ꝑ doctrinā ⁊ consiliū alioꝝ ⁊c̄. Sic ⁊ memoria
debet reformari vt semꝑ sit plena diuinis: sic voluntas. Dic ex priori li
4 bello. Appellat̄ virtutū insertio. Nā virtus nihil aliud est ꝑm Ambro.
5 q̄ꝫ bene vti motibus a deo naturaliter nobis insitis. Appellat̄ ad im-
A passibilitatē appropinquatio. Efficit̄ ꝑ virtutes quis quasi impassibi-
lis respectu passionū ⁊ imobilis: imo ita vt aliq̄n alij admirent̄ virtuo-
sos: ꝙ in aduersis aut ꝓsperis neqꝫ ad timorē mouent̄ neqꝫ ad gaudiū:
sed respectu taliū sint velut mortui: mortui mundo ⁊ mundus ipsis.
Dixerūt stoici virtutes esse quasdā impassibilitates: sed hoc sane intel-
ligendum est: alias a peripatheticis ⁊ christianis nō admittit̄: quippe ꝙ
christus passionibꝫ cōmotus fuit: Tristis est aīa mea inquit. ⁊ tamen
6 virtutes habuit etiā in summo heroicas. Appellat̄ hec meta ad deū ve
ra cōuersio. Declarat hoc btūs Bernar. in sermone de quadragesima.
Cōuertimini ad me in toto corde vestro: vt omne gaudiū ⁊ spes tristi-
7 tia ⁊ timor sit diuinus: ⁊ nō mundanus. Appellat̄ vera ꝑfectio. Tunc
res ꝑfecta est q̄n est suo principio cōiuncta. hoc aūt fit ꝑ hanc cōuersio-
nē: cū eiecta de corde cupiditate ꝑ charitatē infusam cōiungit̄ deo. In-
de est ꝙ ꝑfectio vite christiane dicit̄ consistere in charitate.

¶ Septima nola qua possunt cognosci fatui sagittarij est: Impro-
portionatā sagittā exercitioꝝ baliste viriū superponere. Tot sagitte q̄t
exercitia: exercitia grauia graues sagitte: leuia leues: cuilibet sue baliste
viriū congruas ⁊ cōmensuratas aptet quilibet ꝑm ꝙ qđ potest: Nō em̄
B omnia possumus oēs. Sunt quidā fatui qui volūt exercitia assumere
sanctoꝝ patrū in egypto. abstinentias ⁊c̄. ⁊ sic pereunt. Nō pertinēs est
hec sagitta huic baliste: sunt hec magis admiranda q̄ꝫ imitanda. Da-
uid arma Saul abiecit: ⁊ pugnauit cū funda ⁊ lapidibus. Sunt alij
ecōtrario qui possent maiora ⁊ ex tepiditate sua cōtenti sunt paruulis
exercitijs: hi leues sagittas nimis imponunt baliste. Item alia nola
posset poni de medio virtutū: que ponit̄ in speculo fatuoꝝ vulgari ⁊ la-
tino: sed nō in ordine. Esset lata materia quomodo mediū virtutis nō
est punctuale: sed consistit in quadam latitudine. Item Buridanus ī
Ethica loquit̄ de signo ad quod respiciendū sit. Itēm de his qui porcū
lucrant̄ a signo deuiantes. Item de his qui se excusant dum a signo de
uiant. sic ⁊ faciunt qui de malis perpetratis innumeris excusationibꝰ
sese purgare solēt. De his nolis singulis cogita: si libuerit recitare. Nō
em̄ sunt hic predicate: ideo nec posite.

Dñica quinquagesime: Scolastice virginis.
Stultorum infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū

Septuagesimaquinta turba stultoꝝ est: Laruatorũ (Faſnacht narren) Dinoscuntur autẽ quinqꝫ nolis.

¶ Prima nola est: letari. videlicꝫ ḃ tpe sacro luctui dedicato Meminit eccl'ia casum humani gñis in Adã: vñ ⁊ cantica letitie omittit: organa suspẽdit ⁊ cantica tristitie freq̃ntat. noĩatim in pulcherrimo hymno: Dies absoluti p̃tereũt ⁊c. expone si placet: ⁊ sic q̃dẽ eccl'ia. Hi aũt stulti ecõtrario se habẽt: nã eccl'ia casum meminit: ⁊ hi saltãt turpiter in choreis: tympanis ⁊ fistulis vtunt̃: ⁊ ꝓducũt q̃ toto anno fuerant abdita. Plane q̃ antehac semꝑ delituerãt: hoc sacro tpe ad vanas ꝓdeunt letitias iuuenes ⁊ virgines. Nõne hi tibi fatui vident̃: q̃ in domo dũ fit memoria miseriaꝝ patrissamilias aut alterius cuiuscũqꝫ de fa-

C milia: letant̄ ⁊ exultāt. Silis vtiq; letargicis. Est tp̄s ridendi: est tp̄s
3 flendi: iā autē tempus flendi. Quid dixi iam: cū totū tempus vi te n[illegible]
stre sit tempus flendi? Quippe q̄ in valle lachrymaꝝ simus cōstitu[illegible]
exilio. Totū tp̄s hoc vigilia est festi magni futuri: p̄cipue aūt ⁊ [illegible]ater
hoc tēpus a quinquagesima vsq; ad pascha. Hi aūt etiā vsq; [illegible] heb-
domadā passionis aliquando letitie sue fatuitates protrahunt.

1 ¶ Scd̄a nola est: Laruari. Habēt larue ꝓculdubio originē a gētilita
te: sicut ⁊ (der hyrtz) ⁊ (das wild wyb vō geispitzen) ex saturnalib; ex cō
pitalib;. De quib; vide Macro. p̄mo saturnaliū: de sigillarijs oscillis
capitib; fictilib;: vide si alludat. Itē de orgijs Bacchi. Quere vndecū
q; vt agnoscas originē laruaꝝ. Vide Bocatiū ⁊ Ouidiū meta. li. iiij.
de q̄dā ꝯuerso in ceruū. Itē Boca. de gene. lib. i. ca. iiij. de figura Pa-
nis: q̄ loco pallij habuit pellē distinctā maculis: quā nebridē voca uere
prisci. Idē lib. iiij. ca. lxxxviij. Pan d̄r ꝯuersus fuisse in hircū in supiori
sui parte: ⁊ in piscē in inferiori. Hec furia p̄sefert nr̄m (hyrtz) Idē lib. v
ca. xxv. Bacchus hirsutus depingebat̄. His oib; ꝯsonat (hyrtz) q̄uis
hoc vocabulū theutonicū nō hircū: sed ceruū significat. veꝝtn̄ ꝯsonat in
2 voce: sicut ⁊ in multis alijs fit ⁊c̄. Ecce fatui laruati has gētilitates in
D sectant̄. Sic (meyger hertsche) vbi die ip̄a cineꝝ femine cōtingere digi-
tis ⁊ iurare sup̄ pudenda viri cogunt̄. ⁊ q̄ vidit dū puerulus esset: de h̄
testimoniū p̄hibuit. De q̄ apud Bocatiū lib. v. ca. xxv. expresse: qd̄ i ho
norē Liberi fiebat siue Bacchi: qd̄ est (meyger hertschi) Inde (bechten)
a Baccho q̄si bechen. qd̄ dū fit: in laruis currit̄ a pueris clericis nr̄is ar
getineñ. Ecce quos imitemur in laruis: dū quidā se fingunt claudos ce
3 cos reges ⁊c̄. Plane fatui ⁊ p̄niciosi fatui. Scitis q̄lia adulteria sub
his laruis: qualia homicidia ⁊ alia vitia innumerabilia p̄petrant̄: ideo
cohibēda. Nō licet se sic transformare: imaginē quā deus tribuit defor-
mare in formā bestie aut demonis figurā. Prouenit quondā (vt legit̄)
q̄ quidā sub hac larua occisus ammodo nō cōparuit: ꝓculdubio ab eo
ablatus cuius figurā habuit. Vide in speculo Philomusi ⁊ Discipulo

¶ Tertia nola est: lurcare. Lurcare est turpiter aut nimis auide cibū
sumere (schlēmē: brassen: fressen) Inde lurcones. Vide i Juniano mul
¶ Tredecima est: ariditas spiritalis (dürre) indeuotio. Anima mea sicut terra sine aqua tibi: Clamat Psal. Procedit hec aliqñ ex superbia que vtiqꝫ est mons Gelboe: in quo nec ros nec pluuia descēdit. Aliqñ ex aliꝭ multis causis: etiam ex dei miseria: sicut deducit Gerson in de practica mystice. Ariditas hec aliquādo ex aliꝭ causis procedit: ⁊ tunc non est peccatū: sed pena propter deum sufferenda. quōdmodū idem Gerson i de practica mystice: ⁊ in tractatu de pusillanimitate dicit: ⁊ se quenti sermone dicēt feria secunda post Letare. Sed de ea loquamur que ex acedia procedit. Cū em̄ cetere creature ex octo impinguent ⁊ ex labore extenuent: anima humana econtrario ex labore impinguat. quia opera bona cibi sunt eius: qui ei faciunt vnde vita spiritalis sustentat ⁊ roborat. Sūt hi aridi instar aridoꝝ: duri sunt ad ea que sunt pietatis: ⁊ inflexibiles ad obedientiā. Hi aridi si ad ignē tribulationis ponant: nihil spiritalis pinguedinis emittūt. q̄ nec gaudent nec gratias agūt:

sed statim ardent ꝛ erumpunt ꝙ impatientiã: ad modicũ flatũ tentationis igne pcti succendunt: ad bona opa sunt steriles. Que alijs facilia sunt vel etiã iocunda: videnť eis importabilia. sicut panis aridus qñq; trãsglutiri nõ potest: qui tamẽ adiutorio liquoris delectabilis efficitur.

¶ Decimaquarta nola est: tristitia in diuino officio. Male valde sonat hec nola in auribꝫ dei. Hilarẽ eñ datorẽ diligit deus: econtrario tristem datorẽ odit deus: est eñ tristitia hec quasi absinthium in esca dei. Mira res quõ tanto dño cui seruire regnare est: ꝛ tantã suis famulis largitur mercedẽ: cũ tristitia seruimus: ꝛ diabolo supra modum placemus. Non eñ est quod magis diabolo ꝙ letitia spiritalis displiceat. Unica eñ ratio vincendi inimicũ est letitia spiritalis: ait Anthonius. Sed ꝛ grande nocumentũ homini affert hec tristitia: sicut eñ tinea vestimento ꝛ vermis ligno: sic tristitia nocet cordi.

¶ Decimaquinta est: rediũ vite. Nõ quidẽ qõ prouenit ex desiderio celestis patrie: aut ex cõsideratione malorꝫ quibꝫ mundus plenus est: aut ex tribulationũ vehementia. sed quod prouenit ex longa tristitia in diuino seruitio. Postq; eñ aliquis tristitiã patiť: paulatim corruit. adeo vt nõ solũ displiceat ei deo seruire: sed etiã viuere. Cuius figurã gerit Helias. iij. Regũ. xix. qui petijt anime sue vt moreret.

¶ Decimasexta nola est: desperatio. Caue ab hac grandi nola desperatione: q̃ vtiq; solet puenire aliq̃ ex nimia tristitia. Cui hec nola pulsať de eo factũ est: qua Jude ad patibulũ pulsatũ est. Caue a prima nola paruula tepiditatis: ꝛ hanc vitabis. qꝛ paulatim ab illa ad hãc pueniť. Nibi videť fundamẽtalis ratio oĩs desperationis esse amor sui nimius: affectio cõmodi: qua nimis timeť infernꝰ ꝛ celũ desiderať. Claude oculos a talibꝫ: ꝛ serui deo libere, pter se deũ: qꝛ dignus est rẽ. Ponit has nolas ꝛ plures Hyder in preceptorio de acedia. Ecce nolas sedecim. Et quid faceremus inquis: vt totã illã cũ nolis suis cappã excutere possemus? Audi frater consiliũ. Inprimis fac tibi discretũ viuẽdi ordinẽ: ꝛ hunc obserua diligentissime. Hoc docuit Anthonũ angelus Sedo cogita christi feruorẽ ꝛ sanctorꝫ suorꝫ: cogita pericula in quibus versaris aque ignis ꝛ bestiũ: q̃ merito te a somno pigritie excitare deberent. cogita premia ꝛ penas: quẽadmodũ docuit quidã pater eremita. Tertio elige tibi societatẽ alacrem: qui te supportent. Sic Moysen Aaron ꝛ Hur. Et in his omnibus inuoca deum pro gratia. Hec est efficacissima medicina. Rogemus dñm.

Dñica Letare. x. Martij.

Stultorꝫ infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliũ.

Turba de acedia potuisset hic suo debito loco permansisse: cum hec dominica sit de letitia contraria tristitie acedie. Sed propter populum placuit sic preposterare.

Nuna gesima septima turba stultoꝝ est: Violantiũ festa (Feyr 2
narrẽ) qui violãt dies festos ab eccl'ia institutos. Et pñt breui
ter duabꝫ gñalibꝫ dinosci nolis: q̃s dñs innuit in p̃cepto tertio
Memẽto inq̃t vt diẽ sabbati sctĩfices: vna nola. nõ facies oẽ opus ĩ eo
¶ Prima nola est: facere opus seruile ĩ sabbato. Et q̃d est inq̃s opus
seruile? Rñdeo ꝙ opus seruile in ꝓposito est opus peccati mortalis aut
opus corꝑale debitũ nõ dñis sed seruis. Opus seruile est pctm̃ morta
le: qualecũq; siue cuiuscũq; generis sit: siue superbie: siue auaritie: luxu
rie ꝛc. Primo cũ die festo mane te ornas ante speculũ polis ꝛ fucas: 1
rides ꝛ cõponis vt placeas ꝛ irrites in tui cõcupiscentiã viros: ꝛ quidẽ
fere horã absumis: ꝛ vix ad mediã missam venis: sermonem negligis

2 scias qꝛ opus seruile fecisti ⁊ festũ violasti. Cũ die festo ꝓpter lucrũ lu
dis ludos ꝓhibitos: ad vsurã mutuas: fraudas: mẽtiris: in cõtractibus
peieras: furarꝫ: rapinã cõmittis: fuile opus fecisti: ⁊ festũ violasti. Cũ
3 die festo fornicarꝫ: adulterarꝫ: aut ĩmundicias alias ⁊ innoiabiles in te
M vel aliũ cõmittis: te aut aliũ libidinose tãgis: ad choreã: ad ecclesiã: vel
ad publicũ vt cõcupiscas aut cõcupiscaris ꝓcedis: opus seruile fecisti.
4 Cũ die festo maledicis: blasphemas: cõtumelias dicis: irasceris rixa
5 ris: cõminaris: vindicas: seruile opus fecisti. Cũ die festo inebriaris:
crapularis: te reples ad vomitũ: ieiuniũ si ꝑceptũ est frãgis: seruile op⁹
6 fecisti. Cũ detrahis ex inuidia: susurras: gaudes de aduersitate: trista
7 ris de ꝓsperitate: plane op⁹ seruile fecisti. Cũ desperas: deijceris anĩo
vagarꝫ mẽte ad illicita: turpia ⁊c. ex acedia opus seruile fecisti. Breuit
qdlibet mortale est seruile. Et sunt hec ne opa seruilia: putabã ego ope
ra esse dñoꝝ ⁊ dñaꝝ: nemo em̃ eadẽ ita frequẽter ⁊ diligẽter sicut tales
exercent. Et cur sunt seruilia? Quia dñs ea ita appellat: q̃ facit pctm̃ ser
uus est pcti. Joãnis. viij. ⁊ ita est: q̃ em̃ peccat: nõ a se. i. potiori parte q̃
est ratio ducit: sed ab alio scꝫ sensualitate: sicut pulchre declarat Lyra
ibidẽ. O dura seruitus pcti: ꝑmẽs pungẽs: ⁊ male tandẽ ꝑmiãs. Sti
pendia em̃ pcti mors alibi: ⁊ hic inquietudo ꝯscientie. Qui aliqd igi
tur tale opus die festo fecerit: sciat se seruile opus fecisse: ⁊ festũ violasse
nõ simpliciter sꝫ grauius q̃ꝫ si arasset: aut in agro fodisset. Testis ẽ Au
gust. Melius facerẽt inq̃t femine iudeoꝝ si lanã filarẽt: q̃ꝫ ꝙ impudice
in neomenijs saltãt. Ratio huius est: qꝛ duplex facit pctm̃: immo aliqñ
N triplex: sicut in ꝯfessionali dicit Antho. Sicut in eccl'ia die festo concu
piscens feminã: duplex sacrilegiũ cõmittit ⁊ adulteriũ. Non igit̃ confite
ri sufficit ꝙ mortal'r peccasti: nisi etiã expressers ꝙ die festo itidẽ feceris
est em̃ circũstantia cõtra aliud ꝑceptũ. O q̃t sunt sub hac nola? fere oẽs
artifices: q̃ tota hebdomada occupati laboribꝫ: nequeunt vicijs inten
dere: at die festo liberi currũt ad prostibula: ludos: crapulas: vinũ. ⁊c.
Neq̃ sup his ꝯscientiã sibi formãt aut ꝯfitent̃: nõ putãt se violasse festũ
Sil'es pastori illi Neopolitano (de q̃ Pogius) q̃ ꝯfitebat̃: qꝛ dũ in q̃
dragesima caseũ cõpressisset: serũ exilit in faciem ⁊ in os: qd nõ mox ex
puit. Nouit aũt ꝯfessor mores illoꝝ pastoꝝ: qꝛ soliti erãt spoliare pere
grinos. Quesiuit an ne vnq̃ꝫ h̃ fecisset? Rñdit sepe: sed h̃ cõmune esse:
neq̃ sibi de h̃ facere ꝯscientiã. Ei deniq̃ equiti q̃ ꝯfitebat̃ qꝛ inuenisset
tacẽ de balista ⁊ nõ restituisset: nihil dicens de rapinis: incendijs ⁊ ho
micidijs. Non dissil'is erit mercator: q̃ dixit cõfessori: statim me expedi
am: qꝛ pauca ⁊ parua feci pctã: cunq̃ inciperet ꝯfiteri ait ego: nihil feci
nisi ꝙ sum vsurarius: adulter: ⁊ nõ credo in deũ. hec ecce parua reputa
bat. Habes primũ opus seruile. Posses sicut ⁊ ego intendebã: ponere
nolas. xiiij. septẽ ad latus sinistrũ: ⁊ septem ad dextrũ. Prima peccare
mortal'r. Scda agriculturã exercere. Tertia mechanicũ exercere. Quar
ta mercaturã exercere. Quinta iudicia ⁊ placita exercere ⁊ frequẽtare.
Sexta negotia secularia exercere. Septia iuramẽta solennia. He tu si

nistro: ⁊ innuunt̄ in p̄cepto: Nō facies opus seruile. Sūt aūt illoꝝ q̄dā O
ꝯtra p̄ceptū nisi in trib⁹ casib⁹: scꝫ causa necessitatis: pietatis ⁊ modicita
tis. Declara ad placitū. Que sequunt̄ i dextro ponant̄ latere: Octaua
nō audire missaꝫ. Nona nō audire sermonē. Decia nō disponere se ad
gratiā. Undecima satisfactionē nō dicere. Duodecia nō meditari. Tre
decima nō orare. Decimaq̄rta nō instruere. Immisce his ꝯgrua ꝓut vi
debit̄ expedire ex doctorib⁹ materiā hāc diffuse tractātib⁹. Si vtiq; hūc
ordinē p̄elegeris imitādū. Sed redeam⁹ ad nr̄m ordinē. Scd̄o opus
seruile est opus corꝑale debitū: nō dn̄is sed seruis. Dico notāter opus
corꝑale: nā nullū opus spiritale qd̄ sine corꝑis organo exerceri pōt est
opus seruile. puta cogitare: cōsiliari: studere: desiderare: amare: ⁊ sil̄ia.
Un̄ hec agēdo etiā si ad lucrū ordinent̄ in die festo: nō tn̄ negligēdo de
bitū dei cultū: nō violat̄ sabbatū. Dico notāter scd̄o: debitū nō dn̄is: sꝫ
seruis. Nā opus corꝑale nō i materia exteriori nō est seruile: puta vide
re: audire: loqui: ⁊ gn̄aliter sentire sensu exteriori. nā illa sunt coīa dn̄is
⁊ seruis. Un̄ hec agēdo dūmodo nō fuerint alias illicita: nō violat̄ sab
bati obseruantia. Nō est deinde seruile opus ordinatū ad dei cultū: ad
aīe aut corꝑis salutē: ad iminētis dāni exterioris ꝓhibitionē tanq̄ ad fi
nē ꝓpriū ⁊ imediatū. qꝛ est dn̄is ⁊ seruis cōe: ⁊ ides nec ꝓhibitū. Un̄ li
cet in festo altaria ornare: sacramēta ministrare: aīas curare: salutaria
scribere. medicinas sumere: cibos coquere: ꝯtra hostes impugnātes se
munire ⁊ repugnare: blada ꝓpter aeris intemperiē inducere: suborta in
cendia extinguere: ꝓpter expensaꝝ grauitatē existentib⁹ in itinere ambu
lando aut carrucando ꝓcedere: ⁊ sil̄ia. Dūmodo tn̄ nō negligant̄ ea q̄ P
sunt die festo p̄cepta. Licet em̄ sue indēnitati ꝓuidere quantū ad acqui
sita ne pereant: nō aūt quantū ad lucra nō necessaria acquirēda: alioq̄n
liceret quoscūq; labores in festo exercere. Et q̄ igit̄ sunt opera seruilia
in die festo ꝓhibita? Dico q̄ oīa opera corporalia circa materiā exterio
rē: q̄ nō ordinant̄ ad salutē aīe aut necessitatē corꝑis nūc vel de ꝓximo
imminentē: siue ad imminētia dāna rerū cauenda tanq̄ ad finē imedia
tū ⁊ ꝓpriū. Exempli causa: vt opera ruralia: actus mechanici: mercātie
negocia secularia. Addunt̄ ex determinatione eccl̄ie iudicia cōtentiosa
placita: iuramēta solēnia: nisi ꝓ pace fiant. Hec em̄ in festis exercere nō
licet: nisi excuset necessitas: pietas vel operis modicitas. Necessitas nō
ineuitabilitatis: sed cōmoditatis prout distinguit̄ contra luxuriā ⁊ vo
luptatē. Et propter hanc licet pauperib⁹ die festo laborare: qui sine la
boribus neq; possunt habere cibū pro se ⁊ sibi cōmissis. Licet ⁊ vende
re panes: vinū: pisces: ⁊ similia: que sine sui detrimento preueniri non
possunt. Et sil̄iter laborare pro reb⁹ que alio tp̄e haberi non possunt:
propter quod concessit papa capturam allecum: dum apparent die do
minico. Et similiter licet ea que necessaria sunt emere: que alio tempo
re inueniri non possunt. In omnibus tamen caueatur scandalū pusil
lorū. Et in hoc casu excusatur emens ⁊ nō publice vendens. Itē dicit̄:
nisi excuset pietas: id est misericordia ⁊ compassio pauperū: ꝓpter hanc

em̄ licet ꝓpter deū i festis: nō tñ maioribꝫ christi ⁊ btē virginis laborare pauperibꝫ hominibꝫ ⁊ miserabilibus ꝑsonis. sil̄iter pauperibꝫ ecclesijs dū tñ ꝓpter hoc nō negligat̄ cultus dei debitus: nec labor ꝑueniat ad nimiā fatigationez. Excusat etiā operis modicitas: qꝛ qđ modicū est q̄si nihilū reputatur. Et per hoc qui in vinea leuat palū aut alligat solutā vitē seu erigit sepē depulsam: q̄ acuit cultellū aut purgat cenaculū: ⁊ similia modica facit: nō iudicat̄ trāsgressor huius ꝑcepti. Verꝫ qꝛ satis dubiū est: quāta necessitas: qualis pietas: q̄ modicitas sufficiat excusare: vtile est in talibꝫ vti licētia superioris: aut cōsilio boni ⁊ eruditi viri. De inceptione aūt ⁊ desitione festi hoc breuiter tenendū: ꝙ regulariter festū durat ꝑ diem naturalē: id est. xxiiij. horas: quaꝝ inceptio ⁊ desitio variat̄ ꝑm diuersas patrie cōsuetudines. q̄ sunt seruande ꝑm. c. qm̄ de ferijs. Licet scriptū sit ⁊ iudeis ꝑceptū a vespera vsq̄ ad vesperā feriare Unde peccāt qui in die festo post audita diuina ciuiliter laborant.

Q ¶ Scđa nola est sinistri lateris: Negligere opa diuina. Et q̄ sunt illa opa q̄ negligi nō debēt: Septē. Primū est misse auditio. Ad hoc q̄libet obligat̄ die festo vt integrā audiat: nisi impediat̄ legitimo impedimēto. Ratio huiꝰ: qꝛ hoc ꝑceptū est determinatio primi ꝑcepti: q̄ ꝑcipimur deū sup oīa diligere ⁊ latria adorare. Hoc qñ fieri debeat ⁊ q̄ actu determinat̄ in h̄ tertio ꝑcepto: vt scꝫ fiat in die solēni: in deuota auditione missē: in q̄ creatorē suū adorare sub sacramēti specie debet fidelis: ꝑ actū fidei spei ⁊ ꝑfecte charitatis. Secūdū est auditio sermōis. Ad hoc obligant̄ q̄ egēt informatione aut admonitiōe: quā alias habere nō pñt cōpetēter in his q̄ sūt necessaria ad salutē. Tertiū est ad gratiā dispositio ꝑ attritionē. Dicit i ꝯfessionali Antho. ꝙ tenet̄ nō manere i pctō Idē Ange. ꝯtrariū dicit Rosel. Tu qđ tutiꝰ elige: noli aīam tuā minorē estimare asina tua: quā illo exoneras dic. ⁊ tu abijce onꝰ pcti: qđ sic onus graue grauatū est sup te. Exaudi ꝓphetā hortantē in die sabbati: nolite portare onera. Ue nobis miseris q̄ nedū pctm̄ sup̄ dorso: sed diabolū in collo acsi esset sctōꝝ reliq̄e iugiter portamꝰ: nunq̄ deponētes. Quartū satisfactiōes iniūctas dicere ⁊ facere. Querit Angel. an liceat infra auditionē misse orare. Rñdet de obligatis certū esse: ꝙ nō debet fieri de alijs suadet ne fiāt. Ad idē Rosel. Ego eis nō credo: placet decisio Gabriel̄ sup h̄: ⁊ mgr̄i Thome Lāpar. adhuc viuentis. Ait em̄ Gabriel: cū de hoc q̄rerē ad Angelicā inq̄r. Que dicit ꝙ audiēs missam ⁊ orās horas suas nō satisfacit ꝑcepto: nō credo, qꝛ nō ꝓbat: neq̄ fuit mēs eccl̄ie loq̄ntis de missa: sed sufficit ꝙ intersit ⁊ oret: imo licet dicere penitētias suas. Hec Gabriel: ⁊ mgr̄ Tho. sil̄r̄ req̄sitꝰ sic rñdit. Nō placet Ange. in h̄ dicto in paucis terris: ⁊ in eisdē nō oēs norūt laici q̄d ꝑ officioꝝ verba significet̄: starēt vt asinꝰ ad lyrā: nisi se certis oratiōibꝫ excitarēt. ⁊ qꝛ nō est determinatū q̄ntū q̄d ⁊ q̄le dicāt: habet ꝯsuetudo q̄tenus emēdas aliq̄d horaꝝ canonicaꝝ infra missam dicere possit. Hec mgr̄i Tho. ꝟba ex ore ꝓprio. Quintū est meditatio. Meditare dei bñficia ꝑm ordinē simboli. si aliter nō potes: tuā miseriā: q̄tuor nouissima: mor

tē: iudiciū: beatitudinē ⁊ infernū: vt in Gersone ⁊ Gabriele. Sextum
orare. Ora deū ⁊ sctōs: de vno ad aliū procedēdo ꝑ aniabꝫ defunctoꝝ.
Septimū elemosynas dare spiritales: ꝑcipue instruēdo tuā familiaꝫ
de ꝑcēptis: de fide: de vitijs ⁊ virtutibꝫ. eos exhortando vt faciant que
docent. His factis poteris honeste intendere recreationi: vt dicit Ger
son. que sine inquinatione tui ⁊ scandalo proximi fieri potest. Sed di
cis: nimis est hꝫ plane. Nō nimis frater ecce. Corpi das horas. clxviij 1
quas habes in hebdomada: da aīe vnā. Tēporali dño seruis: ⁊ partē 2
das labori: da ⁊ deo partē. Mercedē temporalē aut nullā dat ille: hic 3
eternā. Iste punit tēporaliter: hic eternaliter. Statim erit finis: mo 4
riemur ⁊ nihil deportabimus nisi qđ fecimus deo. Rogemus. 5

Feria secunda post Letare. xi. Martij.
Stultorum infinitus est numerus. Eccs. i. Euangelium.

NOnagesima octaua turba est: externorum (auf lendig narrē) Ipsi sunt infideles pagani: iudei. ⁊ quidā alij ꝓpter criminū imanitatē eis cōiuncti. Qui non inepte pñt externi appellari: ꝙ extra termios christianitatis sint positi: aut extra cōmunē peccādi modū aliorū. De qbꝫ apl's. i. Corin. v. Quid em̄ mihi de his q̄ foris sunt? Nōne de his q̄ intus sunt vos iudicatis? Nā eos q̄ foris sunt deus iudicabit. Pñt

S ¶ Prima nola est. Nolle articl'os christia (aūt dinosci tribꝫ nolis. norum credere. Ipsi sūt noiatim: pagani: iudei ⁊ heretici: sub qbꝫ b. Tho. oēs infideles in. ij. ij. cōprehēdit. Pagani sunt q̄ nunq̄ fidem nostrā susceperūt. Judei q̄ oīa sub figura ⁊ implicite susceperūt. Heretici q̄ in veritate ⁊ manifestatā susceperūt: quales sunt bohemi: Nestoriani: Manichei: ⁊ alij absq̄ numero: vt in decretis ponunt. Possunt addi dubitātes de fide: quēadmodū dicūt quidaz: si ita est sicut dicit magnū est. Dubius in fide infidelis est: h̄ aūt nō est intelligendū de his q̄ tentātur in fide ⁊ displicet eis: nā talibꝫ potius pena est ⁊ meritū q̄ pctm̄: si resistant: immo dicit Gerson ꝙ velle credere: magis meritoriū est aliqn̄ q̄ credere: pax in credendo nō oībus dat: neq̄ oēs qui habēt litem in credendo mali sunt: ergo dictū est notanter in nola nolle credere.

¶ Scda nola est: Desperare ex diffinitiōe. Sūt aliqui desperātes nō ex diffinitiōe: sed ex pusillanimitate ex timore nimio. Et hi quidē fatui sunt: nō tn̄ de hac nola. Fatui inq̄ primo qr putāt sensum esse ꝯsensum: ⁊ sensum desperatiōis esse desperationē: errāt nescientes distinguere inter voluntatē appetitus sensitui: ⁊ voluntatē appetitus intellectui (wenen wellen: sey verwilligen) mox em̄ vbi habēt sensum pcti alicuius siue passiōis: putāt se ꝯsensisse. ⁊ cū sentiūt affectū partis sensitiue: putāt

T se voluisse. Cōsidera differentiā inter voluntatē sensualitatis: ⁊ voluntatē rationis vt natura: ⁊ voluntatē ratiōis vt ratio. Stat ꝙ q̄s moueatur nedū voluntate sensualitatis imo etiā ratiōis vt natura nō deliberate: ⁊ tn̄ nō peccet mortaliter: sed tūc qn̄ voluntas deliberata consentit In h̄ scdo sunt iprudentes: qr putāt se cū tentationibꝫ obruunt charitatē amisisse. Errāt: Exemplū de igne de pugile: de femina: dic ꝑ om̄ia ex Gersone de pusillanimitate. Errāt tertio: qr ariditatē quā patiunt ⁊ in deuotionē: siue deuotorum sentimētorum carentiā: signū esse putāt reꝑbationis ⁊ iperfectiōis: ecōtra sentimēta signū gr̄e ⁊ ꝑfectionis. Dic ex Gersone vbi s̄. De his itaq̄ desperantibꝫ ex pusillanimitate: vel ex naturali infirmitate vt ex mania: sicut crebro cōtingit reperire in feminis: vt dicit Nyder p̄cepto. i. ca. iij. E. nō est nola: sed q̄ ex diffinitiōe: q̄ videlicet diffinitiue desperat: abscōdens se quasi a facie diuine miseri cordie fm ꝙ Cain fecit: q̄ dixit: A facie tua eijcis me hodie. Et h̄ est in spiritū sanctū peccare: ⁊ recte infidelibꝫ tales associant: q̄uis in veritate infideles nō sint: sicut declarat btūs Thomas in scda scde.

¶ Tertia nola est: obseruari in malicia (verruochē verwegē: ruochlos werdē) tradere se ꝓbꝫ voluptatibꝫ: breuit̄ q̄cq̄d libet eis licet: z est etiā q̄dā desperatio: nō a lo respectu: spes em̄ est respectu boni ardui possibilis. Predicti desperāt qz nō reputāt sibi possibile b̄ bonū: hi aūt qz non reputāt hoc bonū: sed alia huiꝰ mūdi bona illis ꝓferūt. ℊ (verwegēt sie sich des) q̄ admodū luxuria est: vñ z filia ponit luxurie desperatio. Jpi ℊ sunt inprimis meretrices z scōꝫ lenones siue nebulones. q̄ se laxis habenis tradūt venereis z huiꝰ seculi voluptatibꝫ z īmūditijs: ītē rapinis ludis: homicidijs: neminē curātes: de q̄bꝫ dr Eph. iiij. Qui desperātes semetipsos tradiderūt ipudicitie: in operationē īmūditie: in auaritiā ⁊c. ¶ Sunt preterea earundem adiutrices copulatrices: apte z merito huic turme diabolice annumerate. Qz diaboli eaꝰ officiū est: siquidem eius officiū est animas perdere (sicut christi lucrari: ió em̄ venit in hūc mūdū) z ipe b̄ opus pris sui diaboli pficiūt: imo peiores eo sunt. Nā q̄cq̄d diabolus p se nō pōt p tales efficit. Docet hoc historia lamētabilis de ea q̄ discoꝛdiā seminauit inter pluges: ita vt rādē maritꝰ vroꝛē occideret cultello nouo: qō ad instinctū vetule vroꝛ puluinari capitis maritī p coꝛ reꝯcūlādo supposuerat. vtō. turba. vij. dicta susurronū. Larue sūt hec diaboli: sub q̄bꝫ delitescit dū apparere nō audet. De serpētes Euā seducētes: hc incēdiarie coꝛdiū q̄s diabolus mittit vt ignē ꝛcupiscētie ipoñāt (das sie für inlegē) Grāde lucrū est: si p̄dicatoꝛ vnicā solā aiaꝫ puertit z lucratꝰ fuerit: q̄tū igit̄ detrimētū ē pdere: Vide i sū. vitioꝝ ō luxuria.

¶ Quarta nola est: semetipsos occidentiū. Grāde hoc pctm̄: ꝓtra naturalē inclinationē: q̄ est ad suū pūus conseruationē: cōtra charitatē sui perdit aiam z corpus. cōtra iusticiā qz cōstatē priuat mēbꝛo: vñ z merito tales p̄ iusticiā publicā debonestant: qz sub limine extrabunt a domibus: z aquis vasis inclusi cōmittunt. Proueuit hec sui occisio ex multis causis. Quidā ex infantia vel mania z infirmitate. Alij ex desperatione. Alij sine aduertētia ex deuotiōe laxātes eidē in suis meditatiōibꝫ habenas: z sic feliciter perūt q̄dā p̄ trinitōe. de q̄ in Vitaspa. z alia q̄dā meretrix audiēs de misecōia dei p̄dicari: z q̄dā de feruoꝛe spiritus. vt dicit Herson in ser. de spūsctō. Alij ex deuotiōe cū aduertētia. Suadet frāc Dauid talibꝫ: vt se cohibeāt si sentiāt se inde sic grauari. De hoc z Alex. z credo Bonauē. in materia de ꝓtritiōe: an possit esse nimia. Alij ex intentione se castigāt: vt statim dissoluant̄ z sint cū christo. illi stulti p̄dūt z corpus z aiaꝫ: vt dicit Ryder ꝑcepto. v. ca. i. §. Alij ꝓpter excessuꝫ crapulose vite z luxuriose citius moriunt. Alij ex inspiratiōe se occidūt: sicut Samson z q̄dā ex feminis sanctis: vt dicit Augu. Vide in Ryder.

¶ Quinta nola est: Occidere fetum: extinguere: suffocare natum: aut in vtero. Quāta sit hec impietas: sceꝛus z crimen: merito in hac extraneoꝝ turba cōnumerandū: nemo est qui nesciat: nisi qui nature federa ignoꝛat z ꝓpꝛij sanguinis nō habet rationē: iugulare q̄ genuisti. O fera pessima: z quidē grande homicidiū. z hoc grauius q̄ animā p̄dis puerī nondū baptizati: z eam visione beatifica p̄iuas. Rogem⁹ dñm.

Feria tertia post Letare. xij. Martij. Festū bti Gregorij.
Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū.

NOnagesimanona turba est: Principū: capitū ⁊ rectoꝝ reipub. (Haubt narrē: regier narrē: fürst narren.) Qui male ⁊ cū maximo dāno ꝓpli reip. p̄sunt. Quales vtiq; fuerāt p̄ncipes de q̄bꝫ in euāge. audistis: q̄ q̄rebāt christū veritatē interficere. Quibꝫ sil̄is non fuit b. Grego. papa: cui⁹ hodie dies festus agit̄. q̄ vtilis fuit reip. christiane: ⁊ q̄si colūna eccl̄ie eā sustentās. vñ ⁊ ꝯgrue de eo legit̄ in epl̄a: cui⁹ cap̄. in matutinis legim⁹: Ecce sacerdos magn⁹ q̄ in vita sua suffulsit domū: ⁊ i diebꝫ suis corroborauit tēplū. Plane colūna fuit eccl̄ie: ⁊ nō

simplex: sed ignea qualis fuit colūna reducēs ꝓplm̄ israel de egypto: de qua legit̄ Sapie. xviij. Ignis ardentē columnā habueruut ducē. Vere ardentē: ꝓpter zelū quē habuit. In signū huius: ⁊ colūna lucis prefulgida a celo depēdēs sup̄ locū i q̄ latitabat cū fugisset apparuit: ⁊ eū prodidit: vnde ⁊ ab vniuerso ꝓplo capit̄: trahebat̄: ⁊ summus pōtifex cōsecrabat̄. Pulchra sup̄ his ponit Holkot de rectoribꝫ ⁊ posset inde fieri aptissimus sermo de sctō Gregorio sub Typo columne. Utinā tales nobis principes in vtroq; statu essent: melius resp. regeretur. sed non est ita. Sunt multi fatui qui septem nolis possunt dinosci.

¶ Primā nola est. Semetipsum nō regere p̄ mundiciā. Tūc reges alios: si ratio rexerit te. Qui sibi malus nemini bonus. O rex si regis: rege te vel eris sine re rex. Ignis si calefacere debet fornacē ⁊ stubā vt prius in se calidus sit necesse est. Cū glacie nemo calefacit: h̄ est regimen ⁊ dominiū: qd̄ primū est ⁊ optimū sed raꝝ. Precipuū (inq̄t Señ.) in rebꝫ hūanis est: nō classibꝫ maria cōplesse: nō terras vel ignota q̄rere: sed aīo vidisse: q̄ nulla maior victoria q̄ꝫ vicia domasse. Innumerabiles sūt q̄ vrbes q̄ ꝓplos habuerūt i potestate: paucissimi q̄ se. Melior est q̄ dñatur aīo suo expugnatore vrbiū. Quō bene reget: q̄ in se nō rectus ē? Stomacho infecto ⁊ corde: si mēbra languēt q̄d mirū? est prīceps cor ⁊ stomachus cōitatis. Sole eclipsato stelle si nō lucēt q̄d miꝝ: ⁊ radice corrupta aut mortua: si folia marcent ⁊ mōrient̄ rami nemo mi ret̄. Eccī. x. q̄lis rector ciuitatis ⁊c̄. Unde putas tantā infectionē ꝓpl̄i esse in oībus vitijs q̄ꝫ q̄ꝛ rectores i vtroq; statu sūt adulteri: crapulosi lusores iniusti Z

¶ Scda nola est. subditos nō gubernare p̄ iusticiā. Debet rector subditos suos gubernare: p̄cipue aūt ⁊ ante oīa suā familiā: q̄ sibi ꝓpinquior est. si em̄ circa hos negligēs fuerit qualis spes erit de regimine extraneoꝝ subditoꝝ? Quo facto poterit debito ordine ꝓcedere ad alios. Ignis calidus primū ꝓpinquiora sibi calefacit: ⁊ deiñ p̄ hec alia. sic ignis in fornace eandē calefacit: ⁊ p̄ hāc stubā. Hic ordo graduū ascēdendi ad regimē populi: p̄ has partes scz p̄ monasticā se: yconomicā familiā: ⁊ deinde politicā cōmuni tatē regere. Qui aliter regimē sibi vsurpat: periculose id facit. q̄ꝛ absurdū est q̄ q̄ seipsum regere nescit: regat vel regere p̄sumat familiā. ⁊ q̄ familiā regere nescit: accipere p̄sumat regimē aniaꝝ vel cuiuscūq; cōitatis. Vide nūc curias principū vtriusq; status: ⁊ aduerte quō familiā gubernent. Dñe deus meus: q̄s habeant ep̄i reperies calamistratos lasciuos: nullū honestuz virū: probū: doctū. Q; si sunt a sinistris ⁊ tergo stare cogunt̄ ⁊c̄. nihil mirū si cōmunitatem negligunt.

¶ Tertia nola est: deū p̄ oculis nō habere p̄ obedientiā. Debes tibi o rector mūdiciā ⁊ castitatē carnē vincendo: subditis iusticiā: ⁊ superiori tuo ac deo obedientiā. In huiꝰ vultū aspice: ⁊ eū p̄ oculis habeto: vt ad eiꝰ nutū ⁊ voluntatē cūcta agas in tuo regimie s̄m huiꝰ mādata regas ⁊ p̄cepta: q̄ꝛ illa in se recta sunt: tua aūt inquantū sunt illis conformia. Iusticie dñi recte ⁊c̄. ⁊ iudicia dñi vera iustificata i semetipsa. Nō ideo deꝰ p̄cepit nō fornicari q̄ꝛ iustū sit: sed q̄ꝛ p̄cepit ideo iustū est. Nō ideo A

aliq̄d p̄ceptū est q̄r iustū: sed q̄r p̄ceptū iō est iustū: ex Petro de eliaco. i. sniaꝝ. Sic prudētes faciūt. de q̄bꝫ d̄r: ꝑ me reges regnāt. Nō sic aūt fatui p̄ncipes: tales in nullo ſmōe vides. huiꝰ gloriā nō q̄rūt: ſꝫ suā. neqꝫ inter ꝯsultādū de regimīe reip. deꝰ p̄ oculꝰ habet. Nemo de h̄ facit mētionē: an sic fieri sit cū vl̄ p̄ter legē diuinā. de charitate ꝓximi: de pauꝑibꝰ ꝓuidēdis loq̄ esset ridiculū: d̄ vitijs extirpādis. solū d̄ pace tꝑali ⁊ dñio tꝑali. De his Osee. viij. Ip̄i regnauerūt ⁊ nō ex me: iō nō r[illegible]nāt ſꝫ errāt

¶ Quarta nola: scientiā ⁊ lr̄as ꝯtēnere. Peiores iudeis: q̄ mirabant̄ tñ de doctrina xp̄i ⁊ lr̄is eiꝰ: ⁊ magnificabāt. Grādis ⁊ intolerabil̄ stupēdaqꝫ fatuitas imo insania lr̄as ꝯtēnere ⁊ neminē doctū ad regimē admittere ꝯ mores antiq̄ꝝ p̄ncipū gloriā ⁊ vtilitatē ⁊ dei mādata. Precipit̄ em̄ regi Deut. vij. Postq̄ sederit rex in solio regni sui: describet sibi Deuteronomiū legꝫ: ⁊ habebit secū legetqꝫ illud oībꝰ diebꝰ vite sue ⁊c.

B nō fabulas. Quō em̄ legē ſm quā regere debet nesciēs seip̄m ⁊ alios reget? Utiqꝫ neqꝫ viā neqꝫ terminū noscet ad quē diriget: neqꝫ media ꝑ q̄. Grādis est vilitas ⁊ ignominia rectori lr̄as ignorare. Recitat Uincentius regē Romanoꝝ regē Frācie lr̄is adhortatū fuisse vt filios suos instituī faceret in liberalibꝰ disciplinis: dicēs q̄ rex illiteratꝰ est q̄si asinꝰ coronatus. Grāde deniqꝫ periculū iminet (vt ait Pe. Rauēnas) regi illiterato: Princeps (inquit) sine literis est nauis sine remige ⁊ auis sine pennis. Nō tales fuerūt antiquorū principes. Theodosius per diem armis: ⁊ ꝑ noctem libris incumbebat. Philadelphus rex Egypti: licet haberet viginti milia libroꝝ. de consilio tñ Demetrij p̄fecti bibliothece sue misit ad iudeos ad habendā legē dei: ⁊ translatores q̄ trāsferrēt. Justinianus leges condidit ⁊ ꝯsūmauit: codicē videlicet ⁊ digestū: ⁊ leges romanoꝝ abbreuiauit. Et Julius Cesar q̄ꝫ strenuus in armis fuerit ⁊ in literis: docet cōmentariū suū qd̄ cōscripsit de gallico bello.

¶ Quinta nola est: ſm sanguinē ⁊ nobilitatē eligere. Signū magne fatuitatis est eos p̄ficere q̄ sanguine aut nobilitate clari sunt: cōtemptis ꝓbis ⁊ prudētibꝰ viris. Hac fatuitate oīs Alemania p̄cipue plena: in q̄ in ep̄os nō q̄ doctiores aut sanctiores sunt: neqꝫ i ꝯsules q̄ prudētiores sed q̄ nobiliores vel de ꝓgeniebus (vt aiūt) sunt: stulti stolidi vitiosi eligunt̄.

C Nō sic apd̄ veteres: dixit Hiero. Moysi Exo. xviij. Prouide de oī plebe viros sapiētes ⁊ timētes deū: i q̄bꝫ sit veritas: ⁊ q̄ oderint auaritiā: ⁊ ꝯstitue ex eis tribunos ⁊c. Nota de oī plebe: nō solū ex nobilibꝰ nō sapiētes: nō bonos socios ⁊c. Sic ⁊ apd̄ romanos ꝯsuetū fuit: sicut de Tullo Hostilio refert Ualeriꝰ: q̄ in cunabulis accepit agreste tuguriū: eiusdē adolescētia in pecore pascēdo fuit occupata. Ualidior etas imperiū romanū rexit ⁊ duplicauit: senectus in altissimo maiestatis fastigio fulsit. Hūc nō generis nobilitas vel sanguinis ꝓpinquitas: ſꝫ animi ꝓbitas erexit: ideo bene rexit. Et in christianitate nr̄a ab initio eligebant̄ de coī plebe: ⁊ oīm cōsensu q̄ sanctiores inueniebant̄. Inde ⁊ Seuerus qui opa muliebria solebat facere: electus est indicio spūsscti ⁊c. Nūc aūt ad regimē eccl̄ie corꝑale ⁊ spiritale eligunt̄ iuuenes: ignoran-

tes: voluptuosi: indocti: causa sanguinis: nobilitatis: bone societatis.
¶ Sexta nola: q̄ sua sunt q̄rere. Et q̄s ex p̄ncipib⁹ est q̄ imunis sit ab
hac nola? Oēs querūt q̄ sua sunt: nemo q̄ christi: oēs ad suū saccū: ne-
mo cōpatit̄ his q̄ lōge sunt aut sub alteri⁹ iurisditione: oēs tacent: aspi
ciunt tādiu q̄ paries suus nō arserit. Sed q̄d erit? Fit eis tandē qd̄ bo
bus q̄s assumpsit lupus fm ordinē: neq; sibi inuicē erāt auxilio ꝛc. Vi
de in specu. Brandt. Quilibet se subtrahere ab obediētia ꝛ vnione re-
gni romani nitit̄. q̄ fit vt diminuat̄ nr̄a potētia: q̄r p̄ subtractionē ligno
rū ab igne tandē totus peribit ignis. Nō deberet q̄rere nisi bonū reip. re
ctor: ob hoc em̄ electus est: ꝛ suū habet stipendiū: nō deberet vltra q̄rere
¶ Septīa: vitia nō extirpare: sed dissimulare. Hoc p̄ totū orbē est: ꝛ D
credo causa oīm malor̄: ꝛ ꝙ totiēs victi sum⁹ a turco. pctm̄ em̄ si ꝯside-
remus certa fuit casus multor̄ exercituū causa. Uideam⁹. Quid q̄so 1
Absolonē cū suo exercitu interemit? sup̄bia plane: ingratitudo ꝛ dn̄an-
di libido. ij. Re. xviij. Quid Senacherib? Et q̄d Benadab capi ꝛ exer
citū ei⁹ fugari fecit? blasphemia ꝛ sup̄bia. Et ꝓpter eandē causaz Sena
cherib fugat⁹ a ꝓprijs filijs occidit̄: exercitu eius ab angelo occiso. iiij.
Re. iiij. Quid fecit corrui exercitū Haij? plane ꝓpter Achor pctm̄: q̄r 2
occulte habuit rē sibi nō debitā. Josue. vij. Ut q̄d Achab corruit? q̄r oc
cidit Naboth: ꝛ iniuste ei⁹ acq̄siuit vineā. iij. Re. xxi. Quid Sampso 3
nē Salomonē ꝛ fere totā tribū Beniamin cadere fecit? Luxuria: ꝓpter
luxuriā em̄ fuit fere tota trib⁹ Beiamin destructa: ꝛ ex alijs corruerunt
xl. milia in bello. Judi. xix. ꝛ. xx. Et ꝓpter hmōi pctm̄ Sāpson corruit.
Judi. xvi. Et Salomoni aduersarij suscitant̄ in bellū: a filijs etiā suis
magna pars sui regni p̄dit̄. iij. Re. xi. Quid p̄terea Pharaonē cū exer 4
citu suo submersit? crudelitas. Exo. xiiij. Quid exercitū Nabuchodo 5
nosor fugauit: ꝛ Olofernis caput amputauit? gula ꝛ ebrietas Judith
xiij. Cur Saul cū toto exercitu suo interijt? Infidelitas in causa. Nā 6
Saul infidelis ꝯsuluit Phitonissam: ꝛ in crastino interijt cū toto exer
citu suo. ij. Re. xviij. Quid rursus p̄ncipes suspēdit? negligētia ī custo 7
diēdo ꝓpl̄os. Nume. xxv. Quid ꝓpl̄m q̄ erat cū Machabeo destruxit? E
pctm̄. ij. Mach. xij. Si ꝓpter hec vitia iā enumerata q̄ tūc reperiebant̄
in p̄ncipib⁹ ꝛ exercitib⁹ ꝛ ꝓpl̄is exercit⁹ corruerūt: q̄d mir̄ si etiā mō ꝓpter
eadē vitia q̄ sil̄iter in talib⁹ reperiunt̄: ꝛ magis q̄z in illis corruim⁹ corā
facie turci ꝛ alior̄ hostiū? Ecce hodie viuūt p̄ncipes negligētes ꝛ ꝓpl̄i 1
peccātes. Uiuit ꝛ Saul infidelis nō ꝯfidēs ꝛ q̄rens phitonissas sup̄sti 2
tionesq̄. Uiuit gulosus ꝛ ebriosus Olofernes: oīa plena sunt crapul 3
vsq̄ ad nauseā ꝛ vt p̄ nares exeat. Uiuit Pharao crudel̄: paup̄es tor 4
quēs p̄ potētiā nullā adm inistrās iustitiā. Duri Jeroboā nō tōdētes sz
deglubētes gregē. Uiuit adhuc Sāpson ꝛ Salomō luxuriosi: nō est 5
q̄ se a calore ei⁹ abscōdat. nobiles em̄ ꝛ ignobiles luxuriosissimi sūt mō
em̄ ē paup̄ Sāpson in mola illo pctō excecat⁹: ꝛ nobil̄ Salo. ī throno il
lo pctō īfatuat⁹. Neq; deest Amō īcestuosus. ij. Re. xiij. Nec zodoma ꝛ
gomorra extincta ē ꝓhpudor. Uiuit adhuc Achor ꝛ achab: pauci plane 5

sunt mō: q̄ nō habeāt plus ꝛ frequēti⁹ de alieno p furtū vel vsurā ꝛ hmōi
q̄z ille miser Achor. Qui nō etiā pluries cōmittāt homicidia male acq̄
7 rāt q̄z achab. Quid g̃ mirū si hoies cadāt: Viuit adhuc rādē Nabucdo
F donosor supbꝰ. Dañ. v. Absolon supbꝰ ꝛ pricida ingratꝰ. Benadab cū Se
nacherib blasphemꝰ nō solū semel: vt ille legit fuisse. Quid igit mirū si
cadimus cecidimus ꝛ cademꝰ coꝝ inimicis nr̄is: sicut p̄decessores nr̄i
ceciderūt: cū eis dē vitijs ꝛ grauioribꝰ pluribusq̄z implicati sim⁹. Et q̄d
igit agemus: Emēdemus nosipos: qō si factū nō fuerit: timeo plagas
dei nō cessaturas: q̄usq̄z in seruitutē turco ꝛ inimicis nr̄is redacti fueri
mus. Prouideat sibi interim vnusq̄sq̄z: oret: humiliet se coꝝ dño deo:
vt salu⁹ fiat i nouissimis: dicat: Da pacē dñe in dieby nr̄is: q̄ ꝛc. Rog.

¶ Feria quarta post Letare.xiij. Martij.
Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs.i. Euangeliū.

Centesima turba stultoꝝ est: adulatoꝝ p̄cipue aulicoꝝ (hoffnaren) qui irratiōabiliter laudāt. Nā q̄ de bono ⁊ bona intentione cū aliis circūstātijs debitis aliquē laudat nō est sub hac urma: sed indifferēter laudātes quēlibet de q̄libet ⁊c̄. Isti noiant̄ multis nominib⁹ (Den falwen hengst streichē: Kutzen streicher: Kreiden streicher feder leser: schmeichler.) Uideamus primo quib⁹ nolis dinoscantur.

¶ Prima nola est: laudare de malo: pctō scz de quo Ps̄. Laudatur peccator in desiderijs ⁊c̄. Ue qui dicitis mlū bonū. Isaie.v.

¶ Secunda nola est: laudare de incerto. Ecc̄i.xxviij. Ante sermonem nō laudes virū. Et Ecc̄i.xi. Non laudes virū in specie sua.

¶ Tertia nola est: laudare philotinū: eū videlicet de quo timeri pōt: ne humana laude ad inanem gloriā prouocet. Unde Ecc̄i.xi. Ante mortem non laudes hominem. G

¶ Quarta nola est: adulari vt fraudulēter noceat: vel corporaliter vl̄ spiritaliter: vt ei furet: vxorē stupret ⁊c̄. Prouerb.xxvij. Meliora sunt vulnera diligentis q̄ꝫ fraudulenta odientis oscula.

¶ Quinta nola est: velle placere in malo. ¶ Sexta nola est: velle placere ꝓpter inanē gloriā. ¶ Septima nola est: velle placere ꝓpter lucrū cōsequendū vel euitandū malū. Posset addi paruula nola: adulari ex sola auiditate delectandi alios. He nole empte in officina sancti Tho.ij.ij.q.[illegible]i.arti.i.⁊.ij. Si placet vide de hoc Alexādrū de Ales parte.ij.⁊ Antho.⁊ Gerso. de differētia pctōꝝ. Queris scdo: ⁊ vbi hi adulatores (lob narren oder kutzen streicher) reperiunt̄ maxime? Respondeo fm Jo.in Policra.li.iij. ꝙ vbiq̄ꝫ reperiunt̄: maxime aūt in curijs principū. vnde apte ponit̄ eoꝝ turba post turbam principū (haubt narren.) Et apte hodierno euangelio: in quo pharisei adulati sunt ceco ⁊ parentib⁹ eius: ꝑ hoc eos ad malū inducere volentes. Locū hunc natiuū adulatorū notauit Dauid in Ps̄. Edidit terra eoꝝ ranas in penetralib⁹ regū ipsoꝝ. Fuit plaga in Egypto: ꝙ terra ranas ebulliebat. Et nimirū hec plaga loquaciū ranaꝝ inuasit maxime penetralia regū: illic em̄ maximi sunt adulatores. vnde ⁊ adulatores ab aulicis dicti sunt. Aula em̄ domus regis: vnde cōponit̄ adulor. fm Tulliū vero nomen a sono sumptū: canes em̄ quoꝝ est mira adulatio fere exprimūt istū sonū Tales fere sunt oēs aulici: teste Sen̄.lib.vi.de bene. Monstrabo tibi cui⁹ rei inopia laborant fastigia: q̄d oīa possidentib⁹ desit: scz ille q̄ verū dicat. Et sequit̄. Adulandi certamē est: ⁊ vnū adulatoꝝ oīm officiū vnaq̄ꝫ cōtentio q̄s blandissime fallat. ignorauerūt potētes vires suas: dū se tā magnos q̄ꝫ audiunt credūt. Hec ille. Et nedū vires suas ignorant: sed etiā statū totius sue domus ⁊ familie ꝓpter illos adulatores curiales. Nā curiales vix aut nunq̄ꝫ dicent hominib⁹ veritatem: q̄ aut H

sunt pauperes ⁊ nō adhuc ꝓmoti: ⁊ tūc qz sperāt aut expectāt ꝓmotionē ideo loqui nō audēt: timētes sua spe frustrari ⁊ expectatiōe. Qz si fuerint diuites etiā ꝓmoti: tūc intendūt vel plus ꝓmoueri: vel circa dños lucrari in diuersis officijs vel ad minus parcere sumptis ꝓprijs. ⁊ tales nō audent dicere veritatē: ne de curia vel officio expellant: ⁊ spe amplioris lucri priuent: vel ne rex vel alius dñs iratus ꝙrat occasionē eos priuandi de ꝓmotione iam habita. Hi a principibus defectuosi sunt adamati. ⁊ semp eis in proximo ꝓiuncti: ita vt neminē inter se ⁊ eos admittant. Et cur ita: quia sunt eoꝝ mitra seu capitium: ꝙbus scabiē suoꝝ defectuū operiunt. Sicut em̄ scabiosus plurimū diligit capitium suum nec libēter sine eo vadit: sic defectuosi diligūt adulatores. Hi sunt (die gehübten) mitrati: ꝙ magis nocent ꝙz hi quos tu appellas mitratos: doctos scz illi adulatores ꝙ ad litterā mitras deferūt sericas ⁊ deauratas qui nouerunt principem cui astant mitrare adulationib⁹ eius: scabiem obtegere ⁊ excecare: etiam vt nihil videat instar accipitris: illi sunt qui nocent ad se trahētes bona principum. Hi sunt caude feda absconden-
J tes: instar caude animalis: que eoꝝ feda ⁊ turpitudinē abscondit. Propheta docens mendacium: ipse est cauda. Ysa. ix. O ꝙz magnā caudam post se trahunt dñi talium adulatoꝝ: tot pili caude huius quot adulatores. Sed quid dū peccatoris nituntur abscōdere feditatem: plus ipsum fedant: quia peccatis prioribꝫ ꝙ occasione vanam gloriam addit Qz si propheta aliquis notatus: doctus aut sanctus reputatus: huic caude imixtus fuerit: tunc factū est: ⁊ periculosissimū pernicios̄imū ꝙz plane est: si que persona autorizata fuerit adulata talibus vt dicit Jo-
in Policra. li. iij. cap. v. Subeunt em̄ citius ⁊ fortius singulos fomenta vicioꝝ: magnis cū subeūt animos autoritb⁹. Queris postremo ꝙz dānosa ⁊ pernicios̄a sit hec adulatoꝝ stultitia? Et respondeo ꝙ mirum in modum damnosa: nedum alijs: sed ⁊ sibimetipsis. Siquidē gladius ipsoꝝ intrat corda ipsoꝝ: ⁊ prius seipsos ꝙz alios transfodiunt: penāꝙz talis peccati nō effugient: neꝙz hic neꝙz alibi. Hic in infamiā frequēter
K cadunt. Cum em̄ putāt suis adulationib⁹ efficere se gloriosos ⁊ acceptos contrariū accidit eis: patuit in eo episcopo qui Theodosium imperatorem voluit collocare inter sacerdotes: ipse aūt renuens respōdit: se solū Ambrosiū veritatis amatorē reperisse: qui cum inter sacerdotes stare passus nō fuit. Porro penā alibi patientur stellaꝝ cadētium ⁊ vespertilionū. Vide in Sum. predican. in verbo Adulatio. Digne patiuntur has penas: qz alijs pernicios̄issimi fuerūt: ⁊ diaboli instrumēta diaboli nutrices: sacerdotes ⁊ ventorū antra. Nutrix puerum lactat: ⁊ hi filios diaboli lactant lacte adulationis. Sed vt lamie lactando laniant: sic ille in veritate eos quos lactare videt laniat. Nutrix facit puerum obdormire cantando ei nenias: ⁊ adulator facit filios diaboli verbis adulatorijs obdormire in peccatis. Nutrix casum paruuli ad eius consolationem saltum interpretatur: ⁊ adulator peccatū eius cui adu-

latur. qđ in veritate casus est asserit opus magnificũ esse. Ve ve mũdo a talibus: precipue si fuerint p̄dicatores vel cõfessores. Ve qui cõsuũt puluillos sub omni cubito manus: ⁊ faciũt ceruicalia sub capite vniuerse etatis. Nota puluillos. i. excusationes: dispẽsationes ⁊c̄. ne asperent in conscientia: sed suauiter iaceant in pctis. Nota vniuerse etatis: oẽs excusant a ieiunio hunc pre iuuentute: aliũ pre senectute. Hic dici poterit quanta senecta excusent a ieiunio: ex Gabriele in. iiij. ⁊ Rosellã

Sunt deinde diaboli sacerdotes: qui officiũ sacerdotũ exercent in filios diaboli viuos. Sacerdotes vngunt existentes in periculo mortis ⁊ illi filios diaboli vngunt oleo adulationis (mit affen schmaltz) etiaz cũ in extremis iacent ⁊ de eis desperatũ est: adhuc dicunt adulatores Nõ morieris: erimus adhuc deo dante bone societatis. Hoc oleo male dicto ⁊ execrabili vngunt. Dic tu: Oleum peccatoris nõ impinguat caput meum. Noli exhilarari ad hoc oleum. Sacerdotes incipiũt vesperas mortuoꝝ a Placebo: ⁊ adulatores vesperas mortuoꝝ in peccatis incipiunt similiter a Placebo. Sacerdotes mortuos sepeliunt: ⁊ illi mortuos in peccatis viuos naturaliter sepeliunt. Psalmista. Sepulchrum patens est guttur eoꝝ. Grego. Mortuus mortuũ sepelit: dum peccator peccatorẽ fauoris ⁊ adulationis aggere premit. Sacerdotes mali ꝓpter pecuniã ⁊ lucrũ principaliter cantant ⁊ laudant: ⁊ hi infernales omnes laudes proferunt propter lucrum vel fauores temporales.

Antra sunt venti aquilonaris: serpentis frigidi sibilantis qui leuis videtur: transfert tñ mõtes magnos viros aliquando de regno dei in regnum diaboli. Sunt igit̄ ora adulatoꝝ antra Eoli: vnde spirat serpẽs ille antiquus flatũ venti. qui putatur refrigerans ⁊ lenis: cũ sit exurẽs ⁊ vt turbo extirpans ⁊c̄. Vis ventũ hunc effugere ⁊ efficere ne tibi noceat: inclina te: verte te (duck dich: wend dich vñ verbyrg dich.) Quando senseris adulationis ventũ flantem: inclina te (buck dich) ad terrã per considerationem infirmitatis tue que in te est: reuolue hoc mente. Plus alijs de te q̄ꝫ tu tibi credere noli. Tu noris q̄ꝫ tibi sit curta suppeller. Secundo verte te ad occidentem: per meditationẽ mortis. Fecit Moyses flare ventum ab occidente vehementissimũ. qui arreptam locustam proiecit in mare rubrum. Locuste adulatores sunt: quos ventus vehemens ab occidente proijcit in mare: dũ memoria mortis eos fugat. quia vanas hominũ laudes cõtemnit qui de morte cogitat: qñ veritas aperte patebit. Tertio operi te (deck dich) faciem obtege rugis ⁊ sanna tristitie: ostende tristem faciem adulanti: ⁊ mox fugabit̄. tristis em̄ facies eos fugat: sicut hilaris facies eos multiplicat. Prouerbioꝝ xxv. Princeps qui libenter audit verba mẽdacij: omnes ministros habebit impios ⁊c̄. Rogemus dominũ.

Feria quinta post Letare. xiiij. Martij.

Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs. i. Euangelium.

Sufflantium

Centesima prima turba stultorꝝ est: Sufflantiū (Blasnarren.) Qui mala male de alijs occulte dicunt vel audiunt aut credūt. Sunt detractores: susurrones ⁊ delatores multū ꝓpinqui ad inuicē: ⁊ tamē differunt. Cōueniunt in materia: qꝛ oēs mala occulte dicunt de alijs: sed in hoc differūt ꝙ alia intentione hoc faciūt. Quia detractor intendit denigrare famā: susurro tollere amicitiam: delator est qui accusat occulte: accusator aūt qui aperte. vt dicit̄ in vocabulario iuris. Delatores aūt sunt qui inuidia prodūt alios. v. q. vi. Delatori. Verū ego de his ꝑmixtim loquar: quia de susurronibꝫ dictū est supra turba. vij. ⁊ fortassis de detractoribꝫ fiet turba specialis. Turba p̄sens

potissime respicit eos q̄ defacili credūt susurronibꝫ: ego tñ paulo largiꝰ
loq̄r: etiā ipsos susurrones ⁊ detractores inserēdo. vñ ⁊ nomē gñale eis
indidi: qđ omībꝫ illis cōe est sufflatoꝝ. Possunt ḡ dinosci duabꝫ nolis.
¶ Prima nola est: malū male de alio occulte dicere. Sunt q̄ malū de n
alio dicunt occulte: sed nō male. qꝛ bona intētione dicūt: puta ad instru
ctionē p̄sentiū ⁊ id audientiū: vt caueant sil'e facere malū. Vel ad p̄sen
tiū cautelam scꝫ ex ignorantia decipiant̄ ꝑ malā alioꝝ societatē: quos
p̄sumūt esse bonos. Vel ad vtilitatē absentiū: vt videlicet p̄sentes eis
referant ꝑ ipsoꝝ correctione ⁊ emendatione. Vel ex quadā cōpassione
amicabili: vt scꝫ seip̄m ⁊ audientes referēs ꝓuocet ad orandū instantiꝰ
pro alioꝝ pctis ⁊ eoꝝ cōuersione. Et hi fatui nō sunt: neqꝫ sub hac nola.
Nō em̄ male hoc faciūt: hoc em̄ potest esse non solū licitū: imo ⁊ merito
riū. dūmodo tñ nō intendat̄ alius finis q̄ aliquis p̄nominatoꝝ q̄ttuor
finiū: ⁊ si nō misceat̄ alia intētio fermentata ⁊ sibijpsi mentiēs: atqꝫ dū
bene prouideat̄ ne sint falsa ea que dicunt̄: aut ī malo vltra q̄ in se sunt
ꝑ referentē ampliata: aut forsan sinistre interp̄tata: aut etiā ꝙ nō plus
noceat talis locutio absentibꝫ in eoꝝ fama q̄ prosit p̄sentibꝫ in eoꝝ edi
ficatione: qm̄ pro bono paruo cōsequendo nō est magnū malū cōmitten
dū. Sed alij sunt qui mala de alijs male loquunt̄: puta ex loquacitate
assueta: ex sola curiositate ⁊ quadā libidine loquēdi de alijs. Et ꝓfecto
hoc etiā si pro sola deductione tp̄is fiat ⁊ quasi ꝑ solatio: vt sic tēpus si
ne tedio transeat: vix aut nunq̄ excusat̄ a pctō: ⁊ sepius transit in morta
le pctm̄. Tale em̄ verbū nō solū est ociosum (de quo iuxta terribilē veri
tatis cōminationē sumꝰ reddituri rationē) sed ⁊ cōmuniter ꝑniciosum
⁊ multipliciter nociuū. Vide in Gersone si placet de vitio lingue. Por
ro male fit locutio mali: cū fit ex odio vel inuidia ⁊ ꝑ diminutiōe fame
aliene ⁊ ex animi indignatione. Et hoc semꝑ est pctm̄. ⁊ qñ notabiliter
ꝑ hoc ledit̄ fama aliena: ⁊ dum loquens hoc aduertit in sua conscientia
aut aduertere posset ⁊ deberet: est grauius pctm̄ sepissime q̄ furtū. Fit
aūt hec relatio multis modis: vt in Chaimis in p̄cepto octauo: aut Di o
scipulo in de eruditiōe ⁊c̄. Precipue hi q̄ in aures dñoꝝ vel iudicum lo
quunt̄ falsa aut vera ex inuidia quā habent ad alios aulicos ⁊ curiales
Quibus cōparabo ego turpes hos ⁊ nociuos fatuos? (die orenblaser
Plane folli (einer füerblasen) Exufflat em̄ ꝑ eos diabolus serpēs sibilū
suū in ignē: q̄ sepe accēdit̄ ⁊ exurit ꝓuintias magnas ad literā: dū dños
aliqñ ad ignē ire vel odij incēdit. Patuit de Spoletana vetula de qua
sup̄ turba. vij. dicta susurronū. Isa. liiij. Ecce ego creaui fabrū sufflan
tē in igne prunas. Job. xli. Halitus eiꝰ prunas ardere facit. Ignis fu
mosus detractio est: q̄ audientē loq̄ntē ⁊ eū de q̄ loquit̄ denigrat. Ipsi
in curia diaboli officiū tenēt iudicū: nō vocatos: nō cōtumaces: honore
⁊ fama priuātes ꝯtra oēs leges. qꝛ nō vocatꝰ nō cōuictus nō ꝯfessus ab
sens dānari nō debet: vt dicūt leges. Isti vero iudices in curia diaboli
leges habēt ꝯtrarias: qꝛ semꝑ ꝯtra absentes ⁊ nunq̄ ꝯtra p̄sentes sentē

tiã ꝓferũt. Modũ in hoc seq̃ntes ranaꝝ: q̃ nullo ꝑsente clamãt: aliq̃ ꝙ
supuenięte silent. ꝛ serpentiũ: q̃ veniente fugiũt tortuose incedẽtes: i dor-
mientem vero insiliunt. Sic isti ad modum ranaꝝ alicui detrahentes
absenti illo vel amico suo: supuenięte tacẽt. vel si audiant aut ꝓpiant
ad modũ serpentiũ tortuose fugiũt dicẽtes: nõ dirim⁹ amico detrahendi
P nec malꝫ volũtate: sed ludẽtes vel dolẽtes ꝛ cõpatiẽtes sibi. Qui sunt in
curia diaboli canes libẽri⁹ ad loca feda q̃ ad flores os mittũt. ꝛ canis
cani nõ ad os: sed ad anũ os applicat ꝛ nares. Sic vtiq; detractores.
Vere crabrones infernales: q̃ semꝑ inter feda se ponunt. Et infernales
porci: porcus in prato floꝛido oĩb floꝛib⁹ relictis merde se quã circa se
pẽ inuenit inuoluit. Sic illi nihil floꝛ virtutũ curãt in boĩe: vt cũ talib⁹
os loq̃ndo occuparẽt. sed si q̃d virtꝫ repererint ore tractãt. Canis dein-
de leuat tibiã ad loca altiora ꝛ viridiora: illa deturpare volẽs: nec loci
parcit fetitati. Et illi detractores virẽtes virtutib⁹ ꝛ in alto statu ꝓsti-
tos defedãt: nec in sctis ac sacris ordinib⁹ ꝓstitutis parcũt. Canes po-
tissime ꝓtra eos qui baculos portãt latrare solẽt. Et detractores ꝓtra
eos q̃ virgas seu baculos portãt correctionis: q̃s etiã abigere a p̃dictis
locis nituñt. Detractisti vniuersę correctiõi. Prouer. i. Debẽt hec meri-
to cohibere malilo q̃s cessare: ne hec turpia faciãt i curia diaboli officia.
¶ Scõa nota. malũ male de alio audire aut credere. Reperiunt q̃dã
q̃ admodũ faciles sunt ad audiendũ detractores. Alꝫ faciles ad credẽ
dũ delatoribꝫ ꝛ susurronib⁹. q̃s grãdis est fatuitas: cũ detrahẽs ꝛ audi
ens pares a Bernardo reputent. Et maxima nocumẽta ex facili credu
litate emergãt. Perijt Eua: q; statim credidit serpẽti. Perijt Adam ꝛ
nos in eo: q; credidit vxori. Fecit hec credulitas nimia b. Joanni Da-
masceno amputari manũ: vt dicit i legẽda sua. ꝛ. v. q. vi. delatori copu-
Q lek lingua: ꝛ alia innumera: sicut ꝓdictũ est. Et q̃d igit facia ings: cũ au
dire oporteat vel cõtingat? Habeto te tunc ad eos sicut Moyses ad ma
gos: ꝛ virga Aaron ad virgas magoꝝ. Legit q; Moyses magis resi-
stebat: ꝛ tu detractoribꝫ resiste: eorũq; periculũ ẽnde. Virga Aaron de
uorauit virgas magoꝝ: sic lingua auditoꝝ linguã detractoꝝ reprimat
ꝛ cõpescat. Sũt plane magi detractores: q; q̃ vere serpẽtes nõ sunt ser-
pentes apparere faciũt. sic detractores detractiõibꝫ suis faciũt viros bo
nos serpẽtinos apparere ꝛ malos. Vis audire incantatorẽ: ꝛ Moysen
ꝛ Aaron ꝓtra talẽ insurgẽtes. Quidã magn⁹ de familia Henrici regꝭ
angloꝝ nitebat cũ auertere ab affectiõe quã habuit ad q̃sdã religiosos:
ꝛ eidẽ significauit q; q̃dã ex ipsis apostataret: ꝛ cũ femina abiisset. Re
spõdit id ẽ rex hoc esse signũ nõ male religiõis: sed bonitatis. q; ꝑ sibi in
religione tali nõ ꝑmitteba. si em sibi hoc ꝑmissum fuisset: nequa q̃ cri-
uisset. Bñdictus g̃ ordo talis: q̃ nõ sunit malos inter eos diu latere: sed
vel fugiũt vel corrigunt. Ecce magũ; ecce Moysen ꝛ Aaron ꝛẽ. Talis
fuit Alexãder ille nõ magn⁹: sed alius: de q̃. i. Macha. x. qui Jonathã
sibi delatũ nõ abnuit: neq; delatoribꝫ credidit. Idẽ ꝛ Alexãder ille ma

gnus; (si nō erro) nō credidit delatoribꝫ sui medici: ꝙ ei venenū ꝓpinare vellet. siquidē medicinā sibi ab eodē ꝓpinatā imbibit: ⁊ post epotationē lr̄as medico ad legendū obtulit. Sic nō credere iubet lex: publice inq̄t interest honestatis absentes in oībꝫ defendi. ff. de ꝓcuratoribꝫ. l. seruū. §. publice. Et q̄d igit̄ faciā? Hoc qd̄ mēbra sibi inuicē facere solēt. Solet manus ab alio mēbro ⁊ mēsa ⁊ disco muscā fugare: sic tu quoq; muscā infer[illegible]id est detractorē. qui sicut musca semꝑ querit scabiosa ⁊ infirma fugare debes a mensa ⁊ a societate tua. Exēplo Augu. Quisq̄s amat dictis absentū rodere vitā: Hanc mensam indignā nouerit esse sibi ⁊c. Ex summa p̄dicantiū detractio. xxiiij. xxv. Rogemus dn̄m.

Fraudatorum

Feria sexta post Letare. xv. Martij:
Stultorum infinitus est numerus. Eccs. i. Euangelio.

O Enthesimasdā turba stultorum est: Fraudulentiū siue falsorum (falsch oder beschiß: betrieg narren.) Tot nole et modi decipiendi: et qs oēs numeraret cū sint absq numero: euangeliū fuit plurū et ad forū festinaris. Septē ergo dumtaxat collegi: quibus possent falsarij illi et deceptores dinosci. Alias latissime de his dixi.

¶ Prima nola est: fallere in mercātia (gewerb) Et quis mercator est qui nō fallat aut in substātia siue quidditate: aut quātitate aut q̄litate: In quidditate (in der war: eins für das ander.) Aurichalcū p auro: aurū alchimicū pro vero: vnū pretiosum lapidē pro alio: vinū dilutū pro puro: carnes hircinas pro castratinis: aroma mixtum pro puro: ceram mixtā oleo pro pura: et sic de alijs. In quantitate: in numero: pondere aut mensura. In pondere: octo vncias p decē: et macellarij siue lanij digitū vendūt. In numero. x. ō. p. xij. pira. poma ꝛc. In mēsura brenes vine: sextarij frumenti: vini: olei: mellis ꝛc. In qualitate: carnes infecte p sanis: aromata antiquata p recentib: liber corruptus: truncat⁹ p fideli: vinū fragile p durabili: vinū corruptū p sano: domū ruituram p stabili et firma: animal infirmū p sano: pannū defectuosum pro indefectuoso. Hec extende ad placitū ex Antho. parte. ij. ti. i. ca. xvij. §. liij.

¶ Secūda nola est: fallere in artificijs (Hantwercks leüt) Mentior si nō de pīni genere artificū sub hac nola reperiant. Dicāt inprimis sartores: an nō decipiant infideliter suendo in domo et festinanter: dūtaxat aūt tarde. Dicant deinde sutores: si nō quēcunq fallere conent emptorem ꝛc. Dicant pellifices: si nō pellicea corrugent in stubis. Dicant cerdones: si nō vendāt speciē corij pro alia minus bona in sotularibus. Dicant pistores: si nō faciant panē nimis porosum. Dicite et vos pictores: si nō turpes imagines pingere p̄sumatis ꝛc. Dicite tandē oēs artifices: si quis vestrū nō studeat fallere: Timeo dicet de vobis illud Esaie. xxvij. Vasa fraudulenti pessima sunt: id est artificiata. §. vi.

¶ Tertia nola est: fallere in agricultura. Et quō? Infideliter colens locata. Terrā vicini agri aut publice strate siue adiungere. Infideliter censum dñis p̄stare: de pejori ꝛc. In decimis et alijs ecclesiam defraudare. Utiq fraudē cor pronunciat ois ecclesia. Vos estis oēs testes: qui querulamini de eis q̄s astuti sint: dolosi et fraudulenti.

¶ Quarta nola: fallere in pollitia (in gemeynen regimēt) vtriusq status spiritalis et tpalis. Dicāt iudices: si nō cupiditate moti iniuste iudicauerint ꝛc. Aduocati: si nunq̄ sciēter causas iniustā defendere studerēt ꝛc. Procuratores: si nō paupes causas negligāt: diuitū vero tu cantur. Notarij: si nō preciū imoderatū p scriptura extorserint. Rectores reip. si leges cōtrarias legi diuine nō iusserint: aut obseruare p̄miserint. O quot decceptiones et falsitates fieri quotidie cernimus.

¶ Quinta nola est: fallere in yconomia (im huſ regiment) Infideli- 1
ter laborāt mercēnarij: serui: muratores: carpentarij ꝛc. ꝛ alij serui ad
oculū oīa agētes. Dñi male eos appremiant: differētes mercedē aut ꝑ 2
debita mercede pecunie alia p̄stantes: ꝑ bona moneta malā ꝛc. §. vij.
Hec ex Antho. ꝛ alijs: immiscendo congrua ꝑ populo ad placitum.

¶ Sexta nola est: fallere in monastica (in eygnē regimēt) O dñe deus
meus q̄ falsa est mō vita: etiā eoꝝ q̄ maxime spiritales vident (pfaffen
vnd münch: begynen vñ blotzbrüder.) Taliū opus est nō operari opa
dei: sed operire opera diaboli. In quibꝫ sola apparentia nulla veritas:
nihil aliud q̄ stercus obniuatū siue niue obtectū. extra splēdor ꝛ cādor
iustitie ꝛ honestatis: intus cōsciētia vermibꝫ plena ꝛ fetore pctōꝝ. Ue-
niet dies q̄n sol iustitie niuē liquefaciet: ꝛ tūc manifesta erūt abscōdita U
cordis vestri. Et vtinā stercus pctōꝝ nostroꝝ esset saltē tectū niue appa-
rentie: ne sicut Zodoma predicaret peccatū nostrū sine verecūdia. Sz
nō sum ego inquis de taliū numero: nō suz begutta. Sed es alias noīe
spiritalis: ꝛ tñ plenus falsitate: q̄uis multa opera bona facias de gene
re. Et quid deficit igit eis ꝙ fallo? Deficit intētio: ꝛ ideo deū fraudas
ꝛ decipis: qꝛ queris in eis aliud q̄ gloriā dei ꝯtra preceptum apostoli.
Oīa in gloriā dei facite. Et quid q̄ris? Remunerationē ab hoīe: vis
habere a corde eius amicitiā: fauorē: gratiā: ab ore eius laudē: ab ope
elemosynas: si paup est. Si diues: dignitates: honores ꝛc. Ue qꝛ male
dictus oīs qui facit opus dei fraudulēter. Hiere. xlvij. vide. §. ix. vbi ꝫ

¶ Septima nola est: fallere oīm in oīibꝫ. Quid opus est multas re-
censere nolas de singuloꝝ statuū fallacia? In oī statu: in oībꝫ hoībꝫ ꝛ in
oībꝫ eoꝝ dictis ꝛ factis est falsitas. Diminute sunt veritates a filijs ho
minū: falsum est qd̄ ridemus: qd̄ loquimur facimus ꝛ cogitamus: ita
multiplicati sunt mali ꝛ dolosi falsiq̄: olim pauci erāt. Oīm molimen
ta falsa sunt: cū Juda proditoria: deceptoria: simulatoria ꝛc. vsq̄ adeo
vt veritas p̄ falsitatibꝫ hac misera nr̄a tēpestate prorsus succūbat. nō se
cus atq̄ triticū sub zizania ꝛ semen sub vepribꝫ. Oīa plena vepribꝫ fal
sitatū: quicq̄d cogitat (vt dixi) dicit aut fit falsitate obsitū est: falsiq̄ in-
star veprium simplices ꝛ veros supprimunt. Plane vepres ꝛ spine sunt X
astuti ꝛ dolosi ꝛ fraudulenti huiꝰ seculi. Spine se inuicē cōplectunt: ꝛ 1
sic se mutuo tenēt. ꝙ si spinā ab alijs volueris diuidere: ab eisdē retinea
ris. ꝛ nō solū sic spinā retinēt: sed extrahentē pungūt ꝛ lacerant. Et falso
rū societas est ita cōfederata ꝛ aspirationibꝫ ꝛ mutuis supportationibꝫ
sunt ita cōplexi: ꝙ vix aliq̄s fidelis etiā veraces ꝛ iustitiarij ad correpti-
onē missi possint aciē illoꝝ frangere: ad veritatē deuenire: vel aliquē il-
loꝝ corrigere. Cōsonat illud Job ꝛ Gregorij ibidē de squamis Nehe-
moth. In spinis reperiunt serpētes ꝛ aīalia venenosa q̄ sub eis habi 2
tant: in sepibꝫ em̄ talia coīter habitāt. Et sub alis taliū falsoꝝ hoīm ꝛ ꝓ
tectione latrones: homicide: ribaldi: adulteri: lusores: calūniatores ꝛc
cōcussores: punitiōe digni habēt refugiū. vtiq̄ sunt refugiū talibꝫ heri

nacijs. Qui ⁊ ecōtra sepē illā defendūt: q; q̄ dissipat sepē mordebit eū
3 colubet. tales spine ⁊ vrtice in nobis supercuerūt. Semen bonū inter
spinas crescere nō pōt: ita nec semē verbi dei inter tales. teste christo Lu
ce. viij. Qz ergo rte spine suffocauerūt illud. Quicqd dei ⁊ iustitie religi
onisq; est: nō pcedere pōt ꝓpter spinas illas: sed neq; bonus vir inter ta
les crescere. q̄ cū spinis illis inclinare se noluerit: venabit inter eos vt
lupus: in oi curia causaz amittet. Dicet illud ꝓtra eū Esa. ij. Circūue
niamus iustū: qm̄ inutilis est nobis. Spine ⁊ vepres oēs ⁊ agnū iter
eas pascentē cōmorantē vel tangentē ledūt pungūt ⁊ lana spoliant: etiā
si sit tota nuda: nō nisi vnū manipulū habeat lane: auferūt ⁊ spoliant si
pōt. Et tales spine falsoz simplices secū habitātes spoliāt: ⁊ nocēdi eis
occasionē querūt. Docuit hec Achab spolians simplicē ⁊ pbū Naboth
vineaz. iij. Regū. xxi. Etiā si habuerint solam vnā vaccā gallinā equū vel
4 aliud animal ab eis auferet. Spine fructus ad vsum humanū nō pferūt:
Y solū aūt pecoz: ideo nō apte nisi ad incendiū. Et illi nullū fructū bono
rū operū pferūt: apti aūt eterno incendio: q̄ tandē pūcient. Ysaie. xxxiij.
5 Spine cōgregate igni cōburent: vt succendat fornax ⁊ furnus inferni.
Quid queso post tantas fraudes ⁊ malitias falsitates astutiasq; puta
tis expectandū: q̄ finē mundi ⁊ antichristū: Cuius plane ad subuertē
dū falsitates imitant: qui mirabilibꝫ muneribꝫ ⁊ terroribꝫ mundū sub
uertet. Sic ⁊ isti mirabilibꝫ plane astutijs ⁊ dolis intendunt: qō nemo
satis excogitare pōt. Rogemus dñm ⁊c. Hec ex summa. pdican. f. i. ir.

Sabbato post Letare. xvi. Martij. Festo Cirilci ⁊ Patritij

Stultoz infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū.

¶ O cauanola: Falsarioz est: falsos libros imprimere. Ipsi sunt q̄
de correctura nihil curāt: q̄ aliqn truncant ⁊ integre nō imprimūt: ⁊ ma
ximas partes libri omittūt. quicqz etiā cū pdic⁹ est ex eis q̄ termoni: nihilo
minus p integro vēdūt. Illi veri falsarij sunt: ⁊ tenent ad satisfactionē.
Z ¶ Nona nola est: falsare scripturā sacrā p falsos intellectus ⁊ exposīti
ones extoztas ꝓtra mentē scripture. Ipsi sūt de quibꝫ loquit b. Hiero.
⁊ habet. xxiij. q. iij. hereses. ⁊. xxxvij. dis. Relatū: ⁊ est Clemēs. q̄s text⁹
qz sūt oīno ad ꝓpositū vide. Tales ꝓcipiūt apō se sentētiā vnā ex ꝓpijs
moti vel supbia vel inuidia vel fauoze alioz. ⁊ eā nitunt postea firmare
scripturis: eas attrahēdo ad suū sensuz. Nō trahunt a scriptura. Scri
ptura sacra plane posita est: vt simplicibꝫ ⁊ acutis cōgruat: ita vt in ea
agnus possit transire ⁊ elephas natare. Hāc exposuerūt scti doctoꝛes eo
spūscrō q̄ cōscripta est: q̄tuoz sensibꝫ: hīstorice: allegorice: tropologice ⁊
anagogice. Nos debem⁹ imitari i intelligēdo eā: ⁊ nō ꝓpriū sensū. Hoc
mō oēs mali tuent suū statū: monachi dissoluti suā irreto: mationē: pſ
byteri bñficioz pluralitatē: laici piuria ⁊ emunitatis ecclie violationē.
Cū eis imꝓperant piuria. rndēt: Nos nō sic intelligim⁹ sīc vos. Per
niciosi sunt hi fratres: inprimis hūjꝫ: quia misere seducunt. sicut dicit

Gerson alibi: q̄ instinctū suū sequunt̄. Vide i de ipulsib⁹: q̄ ꝓximi sunt magno piculo. Debēt tales nō credere ꝓprio lumini: sz illud examinare ad lumē scripture ⁊ intellectū sctōꝝ doctoꝝ. ⁊ si ꝯcordauerit: bñ q̄dē: q̄ oīe verū vero ꝯsonat. si nō: sciat falsuz esse: ⁊ ꝙ angelus sathane trāsfigurat se in angelū lucis. Caueāt igit̄ sibi Valdēses: ⁊ q̄ de libertate spiritus se esse gloriant̄. Sūt deniq̄ etiā alijs piculosi: q̄ seducūt eos. ꝑcipue illi q̄ sunt bone apparētie ⁊ vite: i humilitate patiētia miscdia abstinētia ⁊c. q̄ plerūq̄ sūt alias exēplaris vite. ⁊ iō sub tali ouiū vestimēto plures seducūt: ⁊ maximope ab eis cauēdū: q̄ plus eis credit̄ q̄ doctoribꝫ ⁊ ꝑlatis etiā doctissimis. Sūt hi falsi doctores ⁊ expositores: q̄ antichristo viā parāt: vt d̄r in spec. Brandt. q̄ erit falsari⁹ maxim⁹ ⁊ seductor. q̄s dū venerit plurimos repiet: q̄ nō lōge abesse d̄r ꝓpter tria signa q̄ hic ponunt̄. Primū est libroꝝ multitudo: secūdū ē doctoꝝ dluralitas tertiū idulgētiaꝝ abūdātia. q̄ oīa ꝯtēnunt̄: vt patet ꝑ experiētiā. ⁊ vident̄ esse signū finis christiane religiōis. Sil̄e de lumīe q̄d in fine maxīe flāmescit: sic ⁊ videt̄ ꝙ circa finē luminis fidei maxīe gr̄e flāt i indulgētijs q̄ largi⁹ his annis q̄z vnq̄z antehac administrant̄: sic de libris ⁊ sciētijs. Sz exq̄ fit mētio de indulgētijs: dic q̄d dudū antehac te nobis dictuꝝ spopōdisti: q̄d tenēdū de earūdē suspēsione vt fert̄. Dicā tibi q̄ntū mihi notū est. Legi scedulā bapyreā impssam copiā cuiusdā bulle: in q̄ ꝯtinet̄ suspēsio facta ꝑ papā Alexādrū modernū: oīm indulgētiaꝝ plenariarū quibuscūq̄z locis aut ꝑsonis ꝯcessaꝝ: sil̄r ⁊ facultatū ⁊ ꝯcessionū ꝯtētaꝝ etiā in lr̄is btissime pater: ⁊ mādat̄ ꝑlatis vt h̄ publicari faciāt. Audiui deniq̄ a suffraganeo herbipolensi: ꝙ īpetrauerit Rome q̄busdā ꝑsonis reualidationē indulgētiaꝝ a papa. Quantū hoc fidē de his faciat viderint ꝑlati nr̄i: ego ꝑ hec mea ꝟba nihil addere neq̄ adimere volo. Necessariū tñ mihi videret̄ vt fieret ꝓuisio sup his: ne ꝓpl̄s in suspēso maneret etiā ad summū pōtificē si ꝓprius nūcius esset ꝓpterea mittēdus ad inq̄rendū si intētio sue sctitatis sit: ꝙ interim moriētes priuati esse debeant tali gr̄a sine eoꝝ culpa: Et quō esset obuiādū scādalis multa de his loquentiū ⁊ obloquentiū sūmo pōtifici. Inprimis ꝙ fraus esset: q̄ priuarent̄ indulgētijs: ⁊ pecunie q̄s exposuerūt eis nō redderēt̄. Scdo q̄ d̄r in suspensiōis bulla: ꝙ hoc fiat ꝑ lucrifaciēdis aīabꝫ: cū tñ hoc poti⁹ cedere videat̄ nō in lucrū: sed graue damnū aīaꝝ illoꝝ q̄ cū indulgentijs mox euolarēt: cū alias graue sint passuri purgatoriū. Tertio q̄ d̄r in bulla ꝙ ꝓpter annū iubileū fiat talis suspēsio: q̄tēn⁹ freq̄nter̄ magꝫ. Hoc nō videt̄ habere locū in senibꝫ ⁊ alijs q̄ nunq̄z essent intraturi: ꝑcipue de his q̄ interim sunt morituri. Quarto ꝙ sicut papa nō habet facultatez indulgētias cōcedendi sine causa legitima: q̄ deus tales nō approbat: Sic videt̄ ꝙ sine legitima causa datas reuocare aut suspendere nō possit ⁊c. Talia absq̄z numero: alias male affecti apostolice sedi submurmurare possunt sicut ⁊ de facto faciūt. Ad obuiandum igitur talibus ⁊ ad quietandū cōscientias piorū expediret fieri declarationē ⁊ publi

L cationē. Sed ais: ⁊ q̄d nobis interim factēdū est: ne priuaremur indulgentijs plenarijs: q̄cq̄d fieret de declaratiōe esset ne alia via aliq̄ q̄ euolare possem⁹ siue purgatorio? Quesiui ⁊ inueni in prima ꝑte Antho. ti. v. c. iiij. §. ij. ⁊ in sūma Antis. lib. iij. ti. de latria: ⁊ in Gersone tract. de indulgētijs: ꝙ multe sunt vie ad hoc: q̄dā difficiles: q̄dā nobis impossibiles: q̄dā faciles. Oēs recensere volo: eligatis quā volueritis. Prima via est: ꝑ plenarias indulgētias: q̄s solus sūmus pōtifex d[illegible]. hec via est ad p̄sens intercepta: vt dr. Scd̄a via est: ꝑ baptismū. ⁊ hec obserata est nobis: nō em̄ denuo baptizari poterim⁹: patet solis pueris aut ⁊c̄. Tertia est ꝑ martyriū. Ardua nimis: ꝑ hanc multi sctōꝝ in specie visibili visi sunt in celū ascēdere in specie colūbe. Quarta est ꝑ intensaz ꝯtritionē. Amara est via: ꝑ quā tn̄ iuit Dismas in cruce: ⁊ meretrix illa q̄ p̄ ꝯtritione expirauit. Quinta est ꝑ ꝑfectionē. Hec rara est ⁊ nō trita: eoꝝ q̄ vicerūt mundū: qui vitā presentē habēt in patiētia ⁊ mortē in desiderio. Sexta est ꝑ multaꝝ tribulationū patientiā. Via hac imediate in celū ascēdit mēdicus Lazarus in sinū Abrae ⁊c̄. Hāc elige frater: facilis est ⁊ oīno coīs: q̄r nemo sine tribulatiōe. Habe g̃ patientiā in aduersis: cū obsecratiōe ꝙ ī partē tue purgatiōis cōuertant̄. Nā dn̄s in tribulatiōe pctā dimittit: iuxta illud: Cū illo sum in tribulatiōe. Et tāta pōt esse ꝙ
D prorsus purgaris. Septia ꝑ satisfactionē ꝓpriā in ꝯfessiōe susceptā aut volūtarie factā: vel ꝑ aliū ꝓ se ꝑsolutā in corꝑe vel in donis p̄sertim cū autoritate cōmutātis. Octaua est ꝑ indulgētias eccl̄ie vel p̄latoꝝ ꝑticulares. Nō em̄ intelligo has suspēsas: ⁊ tales possent intantū multiplicari: ꝙ q̄s oīm pctōꝝ suoꝝ cōseq̄ret̄ remissionē. Nona ꝑ co[illegible]ationē suffragioꝝ cōmuniū: sicut ī monasterijs ⁊ ecclesijs. Decima ꝑ oē opus ex charitate factū: q̄uis spectet ad ꝯtēplationē si iūgat̄ intētio vel oīo q̄d valeat ad indulgētiā pctōꝝ. Sic em̄ dictū est de btā Magdalena: ꝙ dimissa sunt ei pctā multa: q̄r dilexit multū. Et ad seruū: Om̄e debitū dimisi tibi q̄r rogasti me. Undecima ꝑ oē opus miscd̄iter ꝓximis impēsum: s̄m opera miscd̄ie tā spiritalia q̄ꝫ corꝑalia. q̄ꝝ q̄libet ad septenariū redigunt̄. sic em̄ dictū est: Date ⁊ dabit̄ vobis: Dimittite ⁊ dimittet̄ vobis. Duodecima ꝑ orationē siue petitionē: ꝙ indulgentia pctōꝝ sibi fiat in hac vita potiusq̄ꝫ ī purgatorio. Hec est via coīs ⁊ oīb⁹ possibilis: ⁊ s̄m Gerso. ⁊ Antis. efficax. nā q̄ h̄ petit exaudit̄. Ratio est: q̄r si q̄s petit ꝓ se ⁊ ꝑseuerāter ⁊ pie: hoc est ad salutē: ⁊ ex charitate efficax est ei⁹ oīo. Patet ex regula magistrali fundata sup̄ ꝟbo christi Si q̄d petieritis. Sed si q̄s petit indulgētiā pctōꝝ sibi fieri in hac vita potiusq̄ꝫ in purgatorio: rite petit ⁊ pie. Patet q̄r pena purgatorij lōge grauior est ⁊ min⁹ habēs imo nihil habēs de merito. Ergo si q̄s petit indulgētiā pctōꝝ sibi fieri in hac vita ex charitate ⁊ ꝑseuerāter: obtinebit vtiq̄: ⁊ moriēs stati euo
E labit ad celū. Sequit̄ ex p̄cedētib⁹: ꝙ vl̄ ꝑ martyriū vl̄ alijs modis deo cognitis purgabit̄ in hac vita: ⁊ lōge mitius q̄ꝫ in altera purgaret̄: sil̄ et p̄miū essentiale ꝑ patiētiā merebit̄ augmētari. Ex his patet cur viri san

etissimi flagellis atterunt in hac vita. qꝛ confidẽtes in dei miscdia ꝙ faciet eis cũ tentatiõe ꝓuentũ: petũt hic puniri ⁊ nõ in finẽ pctã scꝫ venialia etiã differri purgãda. Quoꝝ deꝰ petitionẽ exaudiẽs cõmutauit sententiã: ⁊ penã purgatorij in penã buiꝰ exilij ⁊ augmẽtũ essentialis p̃mij scꝫ cũ acceleratiõe paradisi. Hinc est illud Augu. Hic vre hic seca vt in eternũ parcas. Notet ⁊ illud de Mauritio impatore: q̃ elegit h̃ puniri ⁊ ꝓditori occisus est. sicut nup dictũ fuit. Rogemus. Hec ex Gersone.

Dñica Judica. xvij. Martij. Gertrudis.
Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliũ.

Predicatorum

Centesima tertia turba stultorum est: Predicatorum (predig narrē) q̄ male p̄dicāt vel p̄dicationē male audiūt. de q̄bus apte ī hodierno euāgelio dr: vbi optimus p̄dicator q̄ soli⁹ ī trepide dicere potuit Quis ex vobis arguet me de pctō? Sz et auditores pessimi q̄ eū lapidare voluerūt ꝓpter p̄dicationē ab eo factā. Pñt itaq; dinosci duabus nol.

F ¶ Prima nola ē: nō recte p̄dicare. Et quēadmodū oportet iuxta recte p̄dicare? Dñs hoc docet p ysaiā. lviij. Clama inq̄t ne cesses: q̄n tubam exalta vocē tuā: et annūcia ꝓplo meo scelera eorum: et domui iacob pctā eorū. Debet ḡ p̄dicator bonus tenere modū buccinatoris aut tubicinis,

1 Tuba est ex certis mēbris et frustis coadunata. Et p̄dicatio debet esse ex mēbris et pūctis ꝯposita: q̄tenus sit sonorosa: facile a p̄dicatore memo

2 rabilis et ꝓplo: nō sicut vna viella (vff einer gygen) Tuba est stricta versus tubicinē: sed versus finē lata. Et p̄dicator apud se sit taciturnus: solitarius paucorum verborum: in silētio: ꝯtēplatione: oratiōe studio tota heb/

3 domada. Ceterum de q̄ p̄dicat sit ꝓfusus: latus: amplus. Tubicen nō solū os: sed et manus debet applicare tube. Et p̄dicator debet opari q̄d dicit. si dicit de humilitate: nō debet esse supbus. si de liberalitate: nō debet esse auarus: si de castitate: nō sit luxuriosus. ꝯtra eos q̄ nimis familia/

4 res sunt. Tubicen in bello clangit vt cōtingit: ꝑ motu exercitus: nō ex tabulatura (nit gesatzte stück) sed hoc seruat donec secū aut in priuato fuerit cū alijs. Et p̄dicator in publico p̄dicet simplicia: plana: affectiua:

5 motiua. doctrinalia: magistralia in p̄uato. Tubicen oībus sil' et eodē mō clangit: nō habet differētiā: ꝑsonat regi et militi duci et ciui ꝛc. Et p̄dicator sit coīs: oībus dicat necessaria: sonet vox eius et clāgor in auribus regū et rectorum: clericorum et secularium: iuuenū et senū: admoneat adolescentes et

6 pueros ꝯtra luxuriā et mollitiē. Tubicen clāgere nō cessat: nō eū cōpe/

G scūt sagitte iacule aut bōbarde: nullus terror: sed vsq; ad mortē clāgit. Et p̄dicator nullo terrore cōcuti debet: q̄n clangat q̄diu bellū durat: et cū vigile in cāpanili cāpanas ꝑcutere nō cesset q̄diu ignis flagrat: siue

7 in edibus pauperum siue diuitū. Tubicen gloriā suā nō q̄rit: neq; cōmoditatē: sed victoriā exercitus et ducis gloriā. Et p̄dicator nec gloriā suā neq; cōmoditatē aut q̄stū: sed dei gloriā et ꝓpli victoriā et salutē q̄rat. Stipendiū necessariū habet: h̄ accipe debet. Ecce frēs quēadmodū recte p̄dicator instar tubicinis p̄dicare debet. Mentior si nō sūmus ille p̄dicator christus dñs hec oīa obseruauerit. Ipe in oībus gloriā nō suā: sz p̄ris q̄siuit. Ego gloriā meā nō q̄ro: ait ī hodierno euāgelio: et alias freq̄nter idē dixit. Nunq̄d et ꝑseuerāter clanxit et p̄dicauit? Nō eū terruerūt sagitte lapidū hodie: et alibi in dedicatiōe sil'r. imo ad mortē vsq; et post mor ꝑ discipulos a p̄dicatiōis clangore nō cessauit. Cui nō clanxit? omnibus p̄dicauit: neminē exclusit. Venite ad me oēs. Quis simplicius: q̄s clarius: vulgarius vnq̄ p̄dicauit? ita vt multi ex euāgelij simplicitate non parū fuerint scandalizati. Qñ p̄terea ad tubā p̄dicatiōis manū opationis nō apposuit? Cepit Jesus facere et docere: prius manū tube apposuit

ꝛ deinde clamꝛit. Quã arcta fuerat tuba versus sẽ inde apparet: q̃ noctibus orabat in solitudine: mane in diluculo int emplo lara bat habenas tubã eloquio dilatãs. Sz ꝛ tuba p̃dicatiõis sue q̃liter fuit ꝛ q̃z cõcinne coadunata ex multis ꝓticul' cõmẽdzata: cõ̃cere potertt q̃ pcẽtũ sui cuã gelũ p̃dicauit. Hic igit̃ mod⁹ p̃dicãdi sapientũ ꝓformis sapie diuine q̃ xp̃s. Qui aliũ tenuerit modũ nõ recte p̃dicat: ꝛ sub hac nola sciat se ꝓsti

¶ Secũda nola est: nõ recte audire p̃dicationẽ. Et quõ recte põt (tutũ. audiri? Cribꝫ modis: scz diligẽter: memoꝛiter ꝛ obedienter. Primo diligẽter. Attẽdit diligẽtissime scolaris doctoꝛi: ꝛ egrot⁹ medico: ꝛ cõpatri ora nũcio. Et tu diligẽtissime attẽde magistro: medico ꝛ nũcio. Deuc ex sũ. p̃di. audire. ij. Itẽ in dictõe Verbũ dei. ex bis multa adduci p̃t. Dic q̃ntã diligẽtiã facit is cui coꝛpus christi poꝛrigit̃: ne in terrã cadat Sic̃ est de ꝓbo dei: imo magis. testis est Aug. i. q. i. Interrogo: ꝛ i bo melia q̃dã libꝛo q̃nq̃ginta. Fortassis inde sumpsit occasionẽ Bern. pferẽdi sermonẽ misse: vt diceret poti⁹ audiẽdũ sermonẽ q̃z missaz: in casu q̃ vtrũq̃z audiri nõ posset. Cõtrariũ dicit Ange. ꝛ Rosella. Ego distinguerẽ de ignoꝛãte necessaria ad salutẽ: vel sciẽte. Dic q̃nta solicitudine stat imobilis virgo oꝛnãda in auꝛib⁹ ꝛ monilib⁹. Sic ꝛ tu: dic ex eodẽ August. Secõ memoꝛiter. Dixit dñs: Seruate. Matth. xxiij. Et q̃d audiret nisi seruaret? Sit ḡ sicut fenestra: seruet lumẽ: grãdinẽ nõ intromittat. Sed ve multis q̃ mala retinẽt: bona perdũt: sic̃es cribꝛo colatorio lactis: tarantere: verbi: ꝛ catulo delicato. q̃ si ei pꝛebeꝛ mo: sellus: eo relicto muscã pseq̃it̃: ꝛ retbe in aqua manẽs aquã habet: extractũ nihil habet. reliq̃ retinẽt turpia: bona dimittũt. Ita vt verũ sit illud Eccl xxi. Loꝛ fa i q̃si vas ꝓfractũ: oẽm sapientiã nõ retinebit. Tertio obedienter. Dixit dñs: Et facite. Ad hũc finẽ ois p̃dicatio: vt scz fiat q̃ p̃dicẽt. Secũm opera eoꝝ nolite facere: dicũt eñ ꝛ nõ faciũt. Accipite o tergiuersatoꝛes respõsum: cũ obꝯcitis sacerdotib⁹ vobis bona dicentib⁹ vitã eoꝝ malã. Si alius vobis q̃z dñs rñderet: haberetis talẽ qualẽ exceptionẽ. Sed dicite: si ego (verbi gꝛa) pꝯcerẽ vobis ducatos aut solũ grossos argentiñ. in magna copia: refutaretis ne eos ꝓterea q: malus sum: diceretis ne: Nolum⁹ colligere q: malus est q̃ pꝯcit? Plane nõ: sz certatim accurrentes raperetis vi maxima. Et q̃d igit̃ cũ pꝯcio vobis aut alius quisq̃z pecuniã virtutũ gratiaꝝ dei ꝓceptoꝝ? Quare igit̃ in q̃z cũctamini eã colligere? Cur tergiuersamini? ꝛ dicitis: cur non ad alios declinat? cur nõ iubet clericos colligere? cur nos monet ad obseruatiã ꝓceptoꝝ? Fit de cibo famelicis: vino sitibũdis: bonis rumoꝛib⁹ p malos nũcios allatis. Ecce in ꝛpalib⁹ bis sine ꝓtradictiõe ꝓni sunt ad ea acceptanda ꝛ faciẽda: ceteꝝ in spiritalib⁹ ꝓtrariũ oino. Et q̃ est hui⁹ differentia? Alia plane nulla: q̃z qui vult discedere ab amico q̃rit occasionẽ. Hec si placet latius pseq̃: vide Sũmã p̃di. p̃dica. xxxvij. Rogemus.

Feria secunda post Judica. xviij. Martij.

Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccẽ s. i. Euangelium.

Impedientium

Centesimaquarta turba stultoꝝ est: Impedientiū siue retrahentiū vel a bono vel a meliori, vl' ab optimo. Dissimiles plane eis de quibꝫ dictū est a dño in euāgelio: qđ iā audistis: qui gratiaꝫ siue sapientiā habēt nō solū ad sufficientiā ꝑ se: sed etiā ad abundantiā: vt in alios ꝑ effectū effluat. Nostri eñ fatui gratiam in alios nō diffundunt: sed impediunt. Et possunt dinosci tribus nolis.

¶ Prima est: impedire vel retrahere alios a bono necessario. Ipi sūt q̄ ex ꝓposito q̄sdā ab p̄ceptoꝝ obseruatiōe impediūt. Vult q̄s ieiunare h̄ tpe: missaꝫ dñico die audire retinet̄a socio ī lecto. Si sermonē voluerit audire: ducit̄a socio ad ludū ad ꝓstibulū ad choreā ad cōuiuia ꝛc̄. Vebis q̄ seinuicē sic īpediūt ꝛ seducunt: quēadmodū cōe est ꝙ sociū q̄ vult

esse castus: impedit a castitate ali⁹ soci⁹ trahēdo secū aut eū irridendo. Ue q̄ docēt eos mollitiē zodomiticā ꝛc̄. De q̄b⁹ pctis vix recte ꝯterunt cōfitent aut satisfaciūt: qꝛ tenent ad restitutionē. priuauerūt eos gr̄a et virtutib⁹: inocētia ꝛ virginitate. ꝛ obicē pctōꝝ abstulerūt: ratiōe cuius erūt ꝑticipes oīm pctōꝝ inde seq̄ntiū. Tenent itaq̄ eos reducere ad penitētiā ꝛ bonā vitā: mō sibi possibili: ꝑ oratiōes verba aut alijs hmōi medijs: ſm Scotū ꝛ Chaimis p̄cepto. vij. i fine. Ipi sunt p̄terea q̄ꝫuis nō ex ꝓposito impediāt a bono vel inducūt ad malū: tn̄ prestāt eis occasionē impedimēti ꝑ malū exēplū publice peccādo. quēadmodū facere solēt p̄lati subditis suis moribꝫ malis pōpis ꝛ lasciuijs: mulieres suis supfluis ꝛ vanis ornamētis fucis ꝛ tripudijs ꝛ quicūq̄ alij publice peccantes. Plane hi grauiter peccāt: ꝛ tenent satisfacere: Uide Chaimis. Ipi deniq̄ sunt q̄ etsi publice nō peccāt: tn̄ a specie pcti nō cauēt. sicut tenentes cōcubinas: cū quib⁹ (vt aiūt) rē nō habēt: tn̄ habuerūt ꝛc̄. Uerū de his omnibus supra latius dictū est in turma. xl viij. Ideo hic transeo. L

¶ Scd̄a nola ē: impedire aliū a meliori bono siue nō necessario. Sūt q̄dā hoies nō ꝯtēti simplici vita: sꝫ vellēt ꝛ ad h̄ instinctū habēt spūssctī ꝑfecti⁹ deo seruire. ꝛ in oībꝫ sue volūtati nō solū bone ꝛ bn̄placēti: sed ꝛ ꝑfecte parere: exaudire adhortationē Pauli dicētis: Emulamini meliora charismata. Sonat in auribꝫ eoꝝ ꝟbū dn̄i. Diliges dn̄m deū tuū ex tota aīa ꝛc̄. Uellēt igit oīa q̄ intra ꝛ extra sunt cōponere ad regulā rationis ꝛ legꝫ chr̄i. Audiūt Mich. vi. Indicabo tibi o hō q̄d sit bonū: ꝛ q̄d dn̄s req̄rat a te. vtiq̄ facere iudiciū ꝛ diligere miscd̄iaꝫ ꝛ solicitū ambulare cū deo tuo. Facere iudiciū: nō solū habitū iustitie habere int⁹: sꝫ ꝓrūpere in actū iustitie q̄ ad te ꝛ alios. ꝛ ex charitate impēdere pauperibꝫ miscd̄iaꝫ h̄ est diligere miscd̄iaꝫ. ꝛ solicitū ambulare. Nō sic̄ coīs seru⁹ de familia ī solis necessarijs dn̄o seruire ꝑ mercede q̄ꝫtū putat sufficere (vnd nit ein leffel darzu schwencken) sed sup̄ hoc conari placere dn̄o in oībꝫ: ꝛ iugiter sibi ꝯsistere ꝛ volūtatē eius ꝯtēplari. sicut minister fidelis corā dn̄o tp̄ali añ mēsaꝫ stās. Sicut erāt scti ꝓphete: sic dicebat Helias Si nō deo in cuius ꝯspectu sto. Ecce q̄ talē habēt instinctū ad meliora aliq̄n̄ impediunt ꝛ irrident: si vestē simpliciorē: victū. mores: solicitudinē: silētiū: maturitatē assūpserint. ꝛ obiurgant aliq̄n̄ a parētibꝫ: cogunt ad leuitates ꝛc̄. Sed ꝛ alij dissoluti tales odio hn̄t: obloquunt eis intētionē eoꝝ bonā ī malā interp̄tātes: appellātes eos (postutzler) supstitiosos: hypocritas (lufetsch) ꝛc̄. O inquiūt etiā nos intrabim⁹ in celū non min⁹ q̄ꝫ ipi: nō obstāte vita nr̄a: ꝛ q̄ sim⁹ boni socij. ꝛ talia sexcēta fabulant. Siles vtiq̄ bufonibꝫ venenatis: q̄ pati nequeūt odorē vinee dn̄i florētis. Christus vitis: ipsi palmites florētes moribꝫ ꝟbis ꝛ factis odoriferis bone fame: alijs q̄dē in vitā: illis ꝟo in mortē. Hi sunt noctue lucē odiētes: iustoꝝ semita q̄si lux splendēs ꝓcedit ꝛ crescit vsq̄ ad diē ꝑfectū: ait Salo. ꝓuer. iiij. Nota semita ipi sunt q̄ nō viā cōcm sed semitā q̄rūt: ꝛ dicūt: Semitas tuas doce me. Illi vt lux ꝑficiūt de die in diē: in virtutū luce existētes intus ꝛ extra. Hec lux nō est iocūda aut delecta M

bilis oculis taliũ noctuaꝝ. O miseri ceci ⁊ claudi: vt q̃d irridetis recte
N incedẽtes ⁊ vidẽtes? q̃nta hec stultitia ⁊ insania? Cur crucis christi vexil
lũ o apostate habetis odio? crucẽ inq̃ penitẽtie oditis apparere in tẽplo
spiritali. Quid em̃ aliud sunt tales boni hoĩes q̃ vexilla reg; q̃ ꝓdeũt?
in q̃bꝫ fulget crucis mysteriũ: q̃ carne carnis ꝯditor suspẽsus est patibu
lo. Ipi q̃ portãt ⁊ glorificãt deũ in corde ⁊ corpe suo: qꝛ sciunt se seruos
christi: q̃ ab eodẽ sũt empti p̃cio magno: g̃ suã vestẽ siue signũ (sin libry)
portãt. Ue nobis q̃ volumꝰ reputari serui christi: ⁊ tñ dñi nr̃i signa ĩ ve
stibꝫ corpis nõ portamꝰ: sed nitidi crassi impinguati gloriamur de ma
cilẽto christo dño. Ut q̃d igit̃ si seruꝰ christi es: vexillũ dñi tui odis? Ut
q̃d horres pontẽ: ꝑ quẽ ire oportet ad regnũ celoꝝ? Jactas te qꝛ etiã sic
ipsi nihilominꝰ ꝑuẽturus sis ad celũ: ⁊ tñ pontẽ ꝑ quẽ solũ trãsire poterꝫ
odis. Et q̃s est iste põs? Pons penitẽtie: põs quẽ fecit põtifex nr̃ christꝰ
dñs: de q̃ heri in epl̃a. põs ex pilis: trabibꝫ ⁊ asseribꝫ ꝯfectus. Pro pilis
extruẽdis lapides in hesterno euãgelio iudei ꝓijciebãt: q̃tuor trabes cru
cis in parasceue suꝑposite sunt: ⁊ desuꝑ asseres mẽbroꝝ christi clauibus
affixi. Hic pons est penitẽtie: quã mõstrauit christus: ꝑ hũc ire oportet.
Si em̃ cõpatimur ⁊ cõregnabimꝰ. Christus passus est ꝓ nobis: nob re
linquẽs exẽplũ vt seq̃mur vestigia eiꝰ. Crux (inq̃t Maximꝰ in sermone
de martyribꝫ) nõ solũ intelligat̃ lignũ patibuli: sed pie vite virtutisq; ꝓ
positũ. Sꝫ esto vigil frater: qꝛ pons iste nõ est fixus ⁊ ĩmobilis: sed est
põs q̃ leuat̃ ⁊ attrahit̃ de nocte. Uñ qui voluerit suꝑ istũ pontẽ trãsire:
O oportet ꝙ veniat de die. Dies est vitra nr̃a: mors est nox. Pons crucis
penitentie eleuat̃ ⁊ subtrahitur a pedibus nostris in morte. quare scri
bit̃ Ecc̃i. xvij. Confitere dño ante mortẽ: a mortuo quasi nihil perit con
fessio. Uenit nox quando nemo potest operari: ait dñs.

¶ Tertia nola est: ĩpedire aliũ a bono optimo. i. in ingressu religiõis:
q̃ regulariter de se dicit̃ optimꝰ status: eo ꝙ votũ addit̃. Impedire inq̃
aliũ ab illiꝰ ingressu: aĩo vicꝫ religiõis impediẽde. q̃d addo notãter: nã
ꝓpter multas alias causas q̃s põt ĩpedire quẽ ab ĩgressu: vt dicit Rich.
in q̃dli. Primo retrahit: qꝛ nõ credit eũ aptũ religioni siue vtilẽ. ⁊ si hoc
credit ꝓbabiliter: sic nõ tenet̃ religiõi: qꝛ potiꝰ dãnũ ĩpediuit. Scd̃o re
trahit ꝓpter vtilitatẽ suã spiritalẽ: puta qꝛ eius ꝯsilio bñ viuit. Et sic nõ
peccat: qꝛ ex charitate possũ potiꝰ bonũ meũ spiritale p̃eligere q̃ alteriꝰ
Tertio retrahit ꝓpter vtilitatẽ spiritalẽ retracti: qꝛ videt ꝙ vult intrare
religionẽ in q̃ nõ viuit̃ regulariter ſm q̃d tenent̃. ⁊ sic nõ peccat: qꝛ sic ꝓ
curat bonũ eius. Quarto retrahit ꝓpter vtilitatẽ suã tꝑalẽ: puta qꝛ spe
rat ꝓmotionẽ honorẽ ⁊ hmõi si steterit in seculo. Sic peccat: qꝛ tꝑale p̃
posuit spiritali: nõ tñ tenet̃ religioni: sed subtracto orãdo bonũ ꝑsuaden
do ⁊ salutẽ ꝓcurãdo plusq̃ prius. Quinto retrahit ex amicitia naturali
aut cõsanguinitatis. ⁊ tũc peccat: nõ tñ tenet̃ religiõi: sed subtracto ꝓcu
P rãdo bonũ eius. Sexto retrahit ex amicitia lasciua. ⁊ sic magꝫ peccat ⁊
magis tenet̃ subtracto: nõ tñ religiõi. Septio retrahit aĩo ĩpediẽdi vti
litatẽ religiõis. ⁊ sic tenet̃ ſm posse suũ facere ꝙ illa ꝑsona intret. ⁊ si nõ

pōt: satisfaciat religioni ad arbitriū boni viri: vel meliorē ad eā inducat Tenet etiā subtracto: si nō pōt eū inducere vt intret religionē: fm q dixi pcurādo salutē ei⁹ soliciti⁹ q̄ꝫ prius. Octauo retrahit obligatū religiōi ⁊ tūc fm Scotū dis. xv. q̄rti tenet laborare vt reddat. ⁊ si nō pōt: tenet ipe (si est psona idonea ⁊ abilis religioni) religionē intrare: vt sic satisfaciat religioni: ⁊ orare p auerso: vt dicit qd fecit Raij. Ego tñ credo q si nollet intrare: nō ꝓpterea esset in statu dānatiōi ꝫ: sꝫ sufficeret ei q p posse alio mō satisfaceret religiōi: ⁊ etiā ei quē puertit. Hec Angeli. in ꝟbo Religiosus. Nono quidā verbo obloquunt intrantib⁹. Eia (inquiunt) posses hic multa facere p̄dicādo ⁊c̄. ⁊ si oēs sic facerent: quis curaret populū? Et mille hmōi fatuitates allegare solent ⁊c̄. Rogemus dñm.

Spiritalia negligentium

Feria tertia post Judica .xix. Martij.

Stultorum infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū

Q Gentesima qnta turba est: Operari nō curātiū (liederlich narrē) in spiritalibꝫ: spiritalia negligētiū. Antehac de iprudētibꝫ ⁊ circa tpalia negligētibꝫ turbā habuistis: hec nr̄a est de salute anie ⁊ spiritalibꝫ. q̄uis titulus in vulgari de nō pseuerātibꝫ in bonis opibꝫ sonare videat: ⁊ sic etiā Philomusus intellexit. materia tn̄ videt esse de facientibꝫ bona opa siue incipiētibꝫ. Utcūq; sit: fatui de hac turba sunt: q̄ negligētes sunt de spiritalibꝰ opibꝰ: de futuris nihil cogitātes ⁊c. putātes nōdū tp̄s adesse oportunū operādi: neq; tā ꝓpe sponsus: nesciētes qa tp̄s eoꝝ semp paratū esse debeat: vt in euangelio. Nescimus em̄ qua hora dn̄s domus venturus sit ⁊c. Possunt ergo dinosci duabus nolis.

¶ Prima nola est: nō vti donis aut gratijs habitis. Sil'e est regnū celoꝝ hoi q̄ peregre pficiscēs vocauit seruos ⁊ tradidit illis bona sua: vni dedit q̄nq; talēta ⁊c. Sic cursorie vsq; ibi stridor dentiū. Matth. xxv. Audite serui dn̄i: audite ⁊ discite bene negociari: ne vt inutilis seruus pyciamini in tenebras exteriores. Talēta vobis cōmissa cognoscite: et cū eis lucremini. Talenta eris: auri: argēti: ferri ⁊ plūbi cōmissa vobis sunt. bona nature: gr̄e: sciētie: potētie ⁊ opulētie. Reperiunt em̄ i scripturis talētoꝝ genera. s. auri ⁊ argēti: ferri: eris. ⁊ de istis habet. i. Parali. vlti. Itē plūbi: de q̄ Zach. v. ⁊ significāt q̄nq; genera bonoꝝ: q̄ deus dat
1 hoi. Talentū eris significat bona nature: qꝛ es nō putrescit. sic ⁊ bona
R nature: nā p pctm̄ nō pdunt. Talentū auri qd est p̄ciosissimū bona gr̄e
2 significat: q̄ dat ad bn̄ opandū. i. Chorin. xv. Abūdantiꝰ oib laboraui
3 nō ego: sed gr̄a dei mecū. Talentū argēti significat bonū sciētie: q̄ dat
4 hoi ad docēdū. Psal. Eloquia dn̄i eloq̄a casta ⁊c. Talētū ferri qd domat oia metalla ſcat donū potentie: qd dat hoi ad se defendendū. Ps.
5 Reges eos in virga ferrea. Plūbi talentū qd oibus viliꝰ est ſcat donū opulētie vel tpalis abundātie. Uni igit aliqn̄ deus dedit ista q̄nq; talēta: q̄ alia q̄nq; lucrat ⁊ bn̄ vtit. Sic btūs Greg. ⁊ alij tales. Uni duo. s. bona nature ⁊ gr̄e vel aliud qdcūq; ⁊ sil'r bn̄ vtit. Alij ꝟo vnū solū. s. bona nature siue intelligentiā siue opationē: ⁊ illud freq̄nter ponit sub terra: qn̄ scz bonū nature qd habet hō: totū applicat ad terrena. Unde ſm Grego. Talentū sub terra abscōdere est acceptū ingeniū i terrenis acti
6 bus implicare ⁊ nō in lucro spiritali accipe. Sed ais: ego nullū talētū habeo: n. hil habeo. ⁊ cū seruo dicis deo: metis vbi nō seminasti: cōgregas vbi nō sparsisti. Rn̄deo inprimis cū Chris. q̄ verū nō dicis: imo mētiris. Serue mēdax quō metit vbi nō seminauit? Quis em̄ hoim est vel gentiliū vel iudeoꝝ: quē nō sufficiēter spiritalibꝰ sensibꝰ adornauit? cui nō dedit scientiā boni ⁊ mali: cui nō dedit posse fugere malū ⁊ appre
S hēdere bonū si vult? Sicut em̄ nullus est hō cui sit minꝰ aliqd mēbroꝝ corpis ad vsum corpalē: sic nō est aliq̄s cui sit minꝰ sensus ⁊ potētia ad intelligentiā boni ⁊ mali ⁊ ad om̄e opus bonū faciēdū qdcūq; voluerit:

Hec Chriso. vbi vult apte dicere: q deus nulli hoi deficit in ꝯcedēdo si
bi scientiā necessariā ad salutē: si hō bñ vtat gr̄a a deo cōcessa ⁊ nō ponat
obicē ꝑ pctm̄. Hec Holkot Sap. vij. Utere g̃ paruulo lumine ⁊ lucer-
na bñ ⁊ maius accipies. Rñdeo scdo. Esto sz nō cōcesso q nullā gratiā
habeas nullū donū: tūc scias te magnū donū habere. Nullā em̄ gratiā
habere magna gr̄a est: vt ait Aug. Qd ego intelligo de qbusdā gratijs
gratis datis [illegible]eloq̄ntia: diuitijs: fortitudine ⁊c. nō de oibus. Si g̃ ni-
hil habes: cū h̄ talento etiā nitere aliq̄d luctari. Et ad q̄d valet nihil ad
oculos: iuxta vulgatū ꝓuerbiū (Nūt ist in die augen guot) Lucrare hoc
talēto humilitatē nimiꝝ ex h̄ humiliat hō si cognoscit se prorsus miserū
⁊ gratijs vacuū (gnadē los) Hoc pone in oculos ⁊ cognosce h̄ nihil: ⁊ se
quit grāde lucrū humilitatis. Humilitas est q̄ q̄sq; verissima sui cogni
tione sibijpsi vilescit: lucrū magnū: ꝑ q̄ dñs te saluabit. Pro nihilo sal-
uos facies eos: ait Psal. Quilibet g̃ iuxta suā vocationē ⁊ talentū di
ligēter opetet: nō em̄ curat deus quātū sibi cōmissum sit. sed quō q̄s eis
vtat si i paruo fueris fidelis sufficiet tibi: operare fideliter. Caue solū
ne sis arbor sterilis nō ferēs fructū: alias penā nō euades. excideris em̄
⁊ in ignē gehēne cū seruo euāgelico (de q̄ dictū est) ꝓculdubio mitteris.
Matth. iij. ⁊. vij. Caue ne sis de numero hoꝝ salicū: inter q̄s diabolus
reqescit. de quib⁹ Job. xl. Circūdant eū salices torrētis. Ipsi sunt infru
ctuosi hoies instar salicū circa torrētes voluptatū habitātiū: in q̄b⁹ dia
bolus (vt dictū est) q̄escit. Caue ne sis de nūero hoꝝ: q̄b⁹ Adonisedech
amputauit man⁹ ⁊ pedes: vt legit Judi. i. Hic Adonisedech diabolus
est: interpretat em̄ [illegible]ñs fulgurās. ⁊ ipse vt fulgor de celo cecidit: ipe mul
tis amputat manus ⁊ pedes affectuū ⁊ actuū: vt nihil eis facere libeat
Tu aūt nō sis imprudētior formica: locusta: lepusculo ⁊ stelliōe ⁊c. vt i
speculo Brandt. Operare dū dies est: ne differas vsq; ad noctē qua ne
gociari nō licebit. Talis em̄ est mos q̄rundā nūdinaꝝ: vt nō nisi q̄ꝫdiu
candela quedā accensa arserit durent. Et in christiana illa nostra nego
ciatione eadē est lex: vt q̄ꝫdiu durat lumen vite ⁊ nō amplius he nundi
ne durēt. Pons est (vt heri audisti qui retrahit nocte ein fallbruck) er
go si vis intrare curre: sic em̄ clamāt in crepusculo ianitores ciuitatis.

¶ Scda nola est: nō esse paratū (noch nit bereit) Iteꝝ sil'e est regnū ce
loꝝ decē virg. ⁊c. Dic Matth. xxv. vsq; ibi: Vigilate g̃ ⁊ orate: q̄r nesci
tis. Audite ꝟgines: o oēs aie fideles q̄ adolescētule oēs estis: q̄r nunq̄ꝫ
senescitis sicut corpa. ⁊ estis despōsate vni viro christo dño. audite vt si
tis prudētes ⁊ sp̄ parate: q̄r nescitis diē neq; horā qñ vētur⁹ sit. Tales
sitis sp̄: vt eo veniēte dicere possitis ex sn̄ia: Parat⁹ suz ⁊ nō suz turbat⁹
⁊ Paratū est cor meū de⁹: paratū ē cor meū. Estote parati ⁊ tenete oleū
in vasis vr̄is: ne vacuis porta claudat: ⁊ dicat illud horrendū: Nescio
vos. Et q̄le oleū inq̄s habebim⁹: audite sorores. Oleū claritatis ⁊ pru-
dētie i aspectu: oleū castitatis ⁊ ꝯtinētie i effectu: oleū charitatis ⁊ ami
citie in affectu. Estote g̃ prudētes ⁊ vigilate in or̄onib⁹: estote pruden
tes: sitis circūspecte in ꝟbis ⁊ factis: ꝓcedāt oculi gressus vr̄os: Urinā

saperēt ⁊ intelligerēt ac nouissima ꝓuiderēt: clamat scriptura. Hec pru
dētia oleū ē claritatꝫ: q̄ clarificat ītellectū practicū. Si q̄s īter aq̄s mer
sus pri⁹ in ore oleū acceptū ī aquā emiserit: clariora facit oīa q̄ in fundo
aq̄ ꝯtinent. Sic qñ bō prudēter se regit ⁊ ꝟbor facto: apparēt sibi ꝑicula
q̄ latēt ī mūdo: ⁊ videt multa pericula q̄ pri⁹ nō videbat: ⁊ cauet ab eis.
Habes ecce ꝑmū oleū claritatꝫ ⁊ prudētie: ⁊ h̄ teneas ī lāpade siue vase
2 capitis in ꝑte intellectiua. Accipe oleū puritatis ⁊ ꝯtinētie ī effectu: h̄
est oleū papaueris. Oleū papaueris īducit sōnū: ⁊ valet ꝯ calida aposte
mata. Et puritas mētis. s. castitas ⁊ ꝯtinētia īducit sōnū in aīa. s. q̄etez
x ꝟtutū: ⁊ valet ꝯ calidas inflatiōes voluptatꝫ. Et sic iste q̄ dormit cessat
ab opib⁹ exterioribꝫ: sic ꝑ castitatē ⁊ ꝯtinētiā cessant insult⁹ ꝯ alias ꝟtu-
tes. Vñ Hiero. ī epl'a. Quacūq̄ ꝟtute polleas: q̄buscūq̄ opib⁹ niteas:
si cingulo castitatis careas: oīa ꝑ terrā trahes. Ad cincturā igit̄ illā hor
tat̄ dñs expectātes dñm. Sint lūbi (inq̄t) vr̄i p̄cincti. Nota cū lūbi sūt p̄
3 cincti: tūc nō trahūt̄ ꝑ lutū vestes: sic ē de castitate. ecce scd̄m oleū Oleū
tertiū ē charitatis ⁊ amicitie ī affectu. Oleū ē ꝯdimētū ciboꝝ: h̄ ē ⁊ cha
ritas. Sicut ei cib⁹ recept⁹ ī stomacho vbi nō est calor stomachū g̃uat ⁊
īfirmitates īducit, ⁊ si ibi fuerit calor sufficiēs oīa cibaria decoq̄t ⁊ dul
cia reddit ⁊ natura qd̄ puꝝ ē ꝯuertit residuū emittit. sic charitas. Bern.
sup illud: sciētia inflat ⁊c. Lib⁹ indigest⁹ corp⁹ corrūpit: īflatū ⁊ hydro
picū reddit: si digest⁹ fuerit nutrit. Sic sciētia aīe stomacho īdigesta si
nō fuerit igne charitatꝫ decocta malos hūores gñat: nunq̄d mali humo
res mali mores: sꝫ ꝑ charitatē oīa decoquunt̄: oīa q̄ꝫtūcūq̄ aspa dulco-
rant̄ ⁊ ī vtilitatē ꝯuertunt̄. vñ Pau. Diligētib⁹ deū oīa cooꝑant̄ ī bonū
4 Ecce oleū qd̄ debēt h̄re in vasis suis ⁊ lāpadib⁹: oleū prudētie ī vase in
tellect⁹: ꝯtinētie in vase toti⁹ corꝑis vel renū vl' toti⁹ sensualitatꝫ: ⁊ chari
tatis in vase cordis siue volūtatis. vt scꝫ cor ⁊ corp⁹ hoc oleo sit refectū
Ve hypocritis q̄ oleū h̄ nō ī vasis h̄nt intus: sꝫ solū ī lāpadib⁹ extra. Est
ꝓpriū olei: q̄ qñ effundit̄ in q̄ntitatē aq̄: diuidit̄ inde ꝑ guttulas ꝑuas.
y tale oleū sic effusū nō ē lumīs nutrimētū. Sic nimirū ē de hypocritis q̄
h̄nt totū cor plenū aq̄ voluptatꝫ. Gen. xlix. Effusus ē sic aq̄. Sꝫ ī supfi-
cie exterioris cōuersatiōis h̄nt q̄sdā guttas sctitatis. Habent vnā guttā
ꝟboꝝ honestatꝫ: aliā ꝯuersatiōis honeste: tertiā vestit⁹ humil' ⁊ aspi: q̄r-
tā corꝑal' abstinētie. Sꝫ qr nō h̄nt talia nisi exteri⁹: nō ē nutrimētū suffi
ciēs: vt det̄ eis lumē gl'ie btōꝝ: q̄nimo dicet̄ eis: Amē dico vobis nescio
5 vos. ⁊ ꝑiicient̄ ī ignē eternū. Vigilate igit̄ sꝑ: qr ne. diē ne. ho. Qui ī ca
stro obsesso sunt sꝑ vigilāt: nos plane obsessi sum⁹: armati sꝑ īcedere de
bem⁹ ꝟtutū armis. sum⁹ ī castro gr̄e: ⁊ nescim⁹ q̄ hora inuadamur. Si
ei (ait Greg.) sciret q̄sq̄ q̄ tꝑe de scl'o exiret: aliud voluptatib⁹: aliud pe
nitētie tp̄s parare posset. Sꝫ q̄ penitēti veniā īpēdit: peccāti diē crastinū
nō ꝑmisit. Semꝑ igit̄ diē extremū debem⁹ timere: quē nunq̄ possum⁹ ꝑ
6 uidere. i. Pe. v. Sobrij estote ⁊ vigilate. Si sic egerim⁹ frēs: nō de ꝑ-
mis q̄nq̄ fatuis sꝫ prudētib⁹ secūdis q̄nq̄ erim⁹. si sic erim⁹ expectātes
⁊ habētes oleū triplex ī vasis nr̄is: nihil mali nob̄ euenire poterit: etiā si
media nocte aut q̄cūq̄ alia hora etiā improuise dñs venerit tuti erim⁹.

Just⁹ em̄ etiā si morte p̄occupat⁹ fuerit ī refrigerio erit. Sap̄. iiij Qua 2
lis erat is q̄ inter studēdū subito obierat. Reptus aūt fuit digitū tenēs
ī libro apto sup illo ꝟbo Just⁹ si morte. vt dic̄ Hol. sup lib. Sap̄. Stul
ti aūt pibūt: ⁊ relinq̄nt alienis diuitias suas: ⁊ sepul. eoꝝ do. il. ineter.
Psal. xlviij. Et cur ita: q̄r obdormierūt cū virginib⁹ fatuis alijs intēti 7
tpalib⁹ voluptatib⁹ sopiti: intēdētes melli voluptatū: q̄ se replēt ⁊ pere-
unt negligūtq̄ eterna. ꝯ cōmonitionē sapiētis: Si mel iuenisti comede
qd̄ satis ne. ⁊c. Prouer. xxv. Utere frater tpalib⁹ ad necessitatē sicut me
dijs ad eternitatē: nō ad voluptatē: ne eis vt funi inhereas: ⁊ sic pereas.
Exēplo ei⁹ de q̄ ī Barlaā notabili sil̄itudine de vnicorne baratro arbu
stula ⁊ melle ī ea stillāte. Uide s̄. tur. xlij. alpha. xiiij. y. si placet recita.

Viatorum

Feria quarta post Judica. xx. Martij.

Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs. i. Euangeliū.

A Centesima sexta turba stultoꝝ est: Viatoꝝ (weg narrē) q̄ viā stultoꝝ preeligunt vie prudentū: diabolū sequi malētes q̄ꝫ christū. cuius oues nō sunt: qꝛ (vt in euāgelio dictū est) oues christi vocē eius audiunt ⁊ sequunt̄: ⁊ vitā eternā dat eis coronā aureā sapientie dū illis cappa fatuoꝝ imponet̄. Possunt aūt dinosci duabus nolis.

¶ Prima nola est: stultoꝝ viā eligere (den narrē weg: den karrenweg die gebant straſ) quā vadunt multi. Et q̄ est inquis via stultoꝝ? Vitia pctā: amor sui vsq̄ ad cōtemptū dei: affectio cōmodi: q̄rere q̄ sua sunt. Est via illa q̄ est in principio lata leta: ⁊ ideo trita. in medio acrior tristior: in fine p̄ceps artissima ⁊ ꝑniciosissima. Audite frēs ꝯditiōes huiꝰ
i vie. In ingressu ⁊ a principio est lata via diaboli: qꝛ ſm Chriso. apud illū sine lege sunt oīa. ⁊ leta est: qꝛ delectabilis. Que em̄ maior delectatio q̄ꝫ q̄ pctōr habeat q̄ male cōcupiscit? ⁊ ideo est trita: ⁊ multi ꝑ eā ambulāt. Qđ ⁊ christus Matth. vij. dicit: Lata porta ⁊ spatiosa via est q̄ ducit ad ꝑditionē: ⁊ multi sunt q̄ intrāt ꝑ eā. Vere multi: qꝛ centū ⁊ sex turme iā ꝑ nos enumerate: ⁊ multo plures sunt non numerate. Multi inq̄ꝫ: ⁊ ideo stulti. qꝛ multitudinē volūt imitari: nō seq̄ris turbā ad facidū malū. ait Moyses Exo. xxiij. Vere stulti: q̄ in his q̄ vite vl̄ cōmodo cōtrariant̄ corꝑis nulliꝰ sciēter sequunt̄ exēplū. qꝛ nec se in aqua submergentē vel in igne se cōburentē sequunt̄: imo exēplo regis vel dñi vel ep̄i vel sacerdotis nō minimū qđ ad mūdi vel corꝑis ꝑtinet cōmodū ꝑdere volūt: ⁊ eoꝝ exēplo aīas infinitos valētes mūdos ꝑdere [illegible] curāt. Porro o stulte dic q̄d hoc est. q̄ si vtiq̄ imitari vis hoīes: cur nō potiꝰ in bonis q̄ꝫ in malis factis eos imitaris? Puto qꝛ nō solū fatuꝰ: sed ⁊ simea
B sis. Nimirū he licet videāt hoīes ieiunare vl̄ elemosynas dare: in talibꝫ hoībꝫ nō assimilant̄: sed in cachinnis ⁊ leuitatibꝫ. calceos etiā ⁊ chirotecas curiose si talia attingere pōt induēs vestigia ⁊ modū quantū pōt sequit̄. Et tu o stulte nō in bonis operibꝫ alios imitaris: sed si sit aliq̄ nouitas vel curiositas visa in alia gente ciuitate terra: vel in q̄dā hoīe in pannis scissuris vel barbis ꝓlixis iuramentis ⁊ hmōi: dños etiā si sint aliq̄ imbuti ꝯsuetudine mala ministri sequunt̄. De tali capiūt exēplū: nō aūt sic bone cōsuetudini qua dñs pollet sese cōformare nitunt̄. Sed multitudinē intueor inq̄s eoꝝ q̄ me p̄cedūt ⁊ ꝑ viā hāc vadūt. Noli frater respicere introitū eoꝝ iucūdū: sed miserabilē de q̄ audies postea exitū. Nō moueat te q̄ via impioꝝ ꝓsperat̄: ⁊ bñ est oībꝫ q̄ male agūt. Hiere. xij. vide finē eoꝝ. Si vis vitare cappā fatuoꝝ ⁊ cōsequi coronā sapientū: fac qđ in Trogo Pōpeio legimus lib. xviij. q̄ cū vnus esset illoꝝ inter q̄s cōdictū erat: q̄ q̄ prius in aurora solis dep̄henderet radios dominiū ciuitatis quā acceperat obtineret. ceteris versus orientē respiciētibꝫ ip̄e solus versus occidentē respiciebat: vbi erat mōs magnus super

quē prius solis deprehendit radios ⁊ dominiū obtinuit ciuitatis. Si C
dominiū celi ⁊ coronā regni volueris obtinere: tui ⁊ alioꝝ ꝯsidera occa
sum. Cōgruit visio de letātibꝫ in naui: sed postea ingruēte tēpestate peri
culū euadere vix queūt. Ecce cōditionē ingressus. In ꝓcessu aliter fiet 2
tūc nimiꝝ incipit arctari: difficilis ⁊ aspera fieri. Puto neminē de hoc
dubitar[illegible] saltē aliquātisper gustauit mūdū honores diuitias delitias
quō lōge aliter se in ꝓgressu q̄ꝫ in aggressu habeāt. Quid mirū? cū diffi
ciles vias ambulēt: mōtuosas: spinosas ⁊ lutosas: tenebrosas sumptuo
sas: tumultuosas (vnfridlich) ⁊ tediosas. Scandūt ꝑ mōtuosa superbi
periculosissime in alto. Lepori nō dissil'es: q̄ multo melius currit cōtra
montē ascendendo q̄ꝫ descēdendo de mōte in vallē. sic ⁊ illi de mōte su
perbie cū difficultate descendūt: sed ad loca dignitatis cū magno cona
tu ascendūt. Et cur ita? q̄ꝛ lepus habet crura anteriora breuiora q̄ꝫ po
steriora, ⁊ illi superbi habēt anteriores tibias suaꝝ affectionū ad deum
breuiores: affectiones aūt posteriores ad mundū lōgiores. Velociter
ḡ currūt cōtra montē in acquisitione dignitatis vel diuitiaꝝ. Job. xv.
Cucurrit aduersus deū erecto collo ⁊ pingui ceruice armatus. Spino
sam currūt auari. Diuitias spinas esse testat' dn̄s: habēt em̄ punctionē
laboꝝ in acquirendo: timores in custodiendo: ⁊ dolores in amittendo.
Osee. v. Sepiā viam tuā spinis. Luxuriosi ꝑ lutosaꝫ ⁊c̄. vt in Holkot
lec. lxi. ⁊ sup̄. xvi. M. In exitu arctissima ꝑniciosa: q̄ꝛ finis eius p̄cipi 5
tiū mortis: ad cappā fatuoꝝ hoc coꝝ insigne: angustie tribulationū pre
miū eoꝝ. Sensit cappā hanc diues nimis arctā ⁊ strictā: q̄ in principio
fuit lata: Crutior in hac flāma. De hac angustia ⁊ finis strictura cōque
runt' oēs in inferno: vt scribit' Sap̄. v. Pre angustia spūs gemētes. vsq̄ꝫ D
ibi: Justi aūt imppe. ⁊c̄. Ecce angustiā ⁊ arctitudinē vie i fine: q̄ in p̄nci
pio erat lata. Incipit hec arctitudo ⁊ strictura in q̄busdā añ mortē: cū ꝓ
pter pctā sua in angustias cadūt: nesciētes q̄ se diuertāt. sicut de pluribꝫ
legit' visiōibꝫ: quēadmodū angustient' ex visiōe demonū. Et tūc pereant
suffocent'q̄ꝫ: ⁊ eis hec cappa mortuoꝝ violētia induat'. ⁊ tm̄ de p̄ma nola
¶ Scd̄a nola est: viā prudētie dimittere. Et q̄ est via sapiētie? virtus
bonū opus: amor dei vsq̄ꝫ ad cōtemptū sui: affectio iusti: nō q̄ sua sunt
q̄rere sed q̄ iesu christi. Via priori oīno ꝯtraria: in p̄ncipio arcta ⁊ trist;
in medio latior ⁊ iocūdior: in fine iocūdissima ⁊ latissima. Vñ christus
Angusta porta ⁊ arcta ⁊c̄. In principio inq̄ꝫ est arcta angustaq̄ꝫ. Pla i
ne arctū est cogere se ad dilectionē inimicoꝝ: castitatē: abstinentiā ⁊c̄. ⁊
ideo pauci intrāt: q̄ꝛ pauci electi: ⁊ graminibus obsita est: nō trita ꝓpter
euntiū paucitatē. Et ita graminibꝫ obsita: ꝙ eā inueniēti ⁊ liberāti me
rito debeat' corona obsidionalis: q̄ ex gramine fuit cōfecta: vt dicit Au
lus Gel. lib. v. ca. vi. Ita neglecta est hec via ꝓpter abusum ⁊ contrariū E
vsum: ꝙ quasi ꝑdita est: ⁊ neq̄ꝫ via neq̄ꝫ actus neq̄ꝫ iter ibi appareat: vt
videre est in Sūma p̄dicā. verbo via. §. ix. Sed nihil timeas: aduenit
monstrator vie christus iesus: qui eā docet: iuit: ⁊ apl'os doctores scri/

ptaq; post se reliquit: quib; informari possimus p tali via inquirenda.
Querite de semitis antiquis ⁊ inuētas solicite tenete. Dic ex eadē sum
2 ma §. vi. In pgressu hec via est latior ⁊ letior ꝓpter habitū acquisitū:
qꝛ delectari est signū habit⁹ acq̄siti. ⁊ Prouer. iiij. Justoꝝ semita quasi
lux splendēs pcedit: ⁊ crescit vsq; ad diē pfectū. Sil'e de eo q̄ pcedit de
conto ad circūferentiā p radios: qui em̄ pcedit de circūferētia ad contū
in principio nō cōstringit̄: sed in fine arctatur. qui aūt ecōuerso a conto
pgredit̄ ad circūferentiā in principio arctat̄: in fine aūt sentit viā latiorē
vt in Sūma p̄dicā. §. xij. De hoc Ps̄. Viā mandatoꝝ tuoꝝ cucurri cū
dilatasti cor meū. Nota dilatasti. Trocus bene currit qn̄ pars magna
⁊ lata versus celū est ⁊ acutior circa terrā: ⁊ cor forma troci si versus sur
3 sum apertū est: tūc bn̄ currit. in Sūma p̄di. via. §. i. In fine latissima:
tunc corona p̄stabit̄ aurea. Aurea: qꝛ btitudo optimū est. Corona cir-
cularis figure: qꝛ ꝑpetua sine fine. Recte talib⁹ corona aurea: triūpha-
lis: muralis: castrensis ⁊ naualis debet̄. qꝛ in his om̄ib; vicerūt: sed et
obsidionalis: graminea ⁊ ciuica: quernea ⁊ mirthea oualis ⁊c̄. Applica
hec: qꝛ miles christi in his om̄ibus vincit: sicut de facili apparet ⁊c̄. De
hac corona Sap̄. v. Justi aūt imꝑpetuū viuēt ⁊c̄. Ideo accipiēt regnū
decoris ⁊ diadema speciei de manu dn̄i. Rogemus dn̄m.

Feria quinta post Judica. xxi. Martij. scti Bn̄dicti
Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs. i. Euangelium.

F ¶ Est questio: quibus signis possint p̄dicte due vie iustitie ⁊ sapiētie
abinuicē dinosci: cū vtraq; sit graminosa. hec ꝓpter nō vs[illegible]: illa ꝓpter
seductionē ⁊ deceptionē. Dico q̄ nodis ⁊ tribulis. Via sapientie sicut
vera recta via nodis multis signata est: de quib; crastina deo volēte di
cet̄. Via stultoꝝ sicut auiū habet tribulos ⁊ spinas insertas quib; dino-
sci pōt. Itaq; vbi vnū ex his tribulis offenderis: retrahe pedē: ⁊ scito qꝛ
via hec est stultoꝝ ad cappā fatuoꝝ ducēs: quantūcūq; alias sit florida.
De his tribulis hac hora dicere ꝓposui. Sunt aūt quadraginta.

Primus tribulus est: callidū esse. Est natura callida ⁊ multos trahit
illaqueat ⁊ decipit. Secundus se semp̄ p fine habere. Tertius in-
uite velle mori. 4. Nolle premi. 5. Nolle superari. 6. Nolle sub-
esse. 7. Nolle sponte subiugari. 8. Pro suo cōmodo laborare: ⁊ q̄d
lucri ex alio proueniat attendere. 9. Libenter honorē ⁊ reuerentiā ac
cipere. 10. Confusionem timere ⁊ contemptū. 11. Ocium amare et
quietem temporalē. 12. Querere curiosa habere ⁊ pulchra. 13. Ab-
horrere vilia ⁊ grossa. 14. Respicere temporalia. 15. Gaudere ad
lucra terrena. 16. Tristari de damno. 17. Irritari leui iniurie ver-
G bo. 18. Cupidū esse. 19. Libentius accipere q̄ donare. 20. Ama
re propria ⁊ priuata. 21. Inclinari ad creaturas. 22. Inclinari ad
carnem propriā. 23. Inclinari ad vanitatem. 24. Inclinari ad dis-
cursus. 25. Libenter aliquod solatiū habere externū: in quo delectet

ad sensum. 26. Totū agere ꝓpter lucrū ꝛ cōmodū ꝓpriū. 27. Subito gratis facere posse: equale aut melius aut laudē vl̄ fauorē ꝑ benefactis consequi sperare. 28. Multū pōderare sua gesta: ꝛ bona cōcupiscere 29. Gaudere de amicis multis ꝛ propinquis. 30. Gloriari de nobili loco ꝛ ortu generis. 31. Blandiri diuitibus (kutzen streichen) 32. Arridere potentibus (lecheln.) 33. Applaudere sibi similibus. 34. De defectu ꝛ molestia cito cōqueri. 35. Omnia ad se reflectere. 36. Pro se certare ꝛ arguere. 37. Appetere ꝛ scire ꝛ audire noua ꝛ secreta. 38. Velle exteri⁹ apparere: ꝛ multa ꝑ sensus experiri. 39. Desiderare agnosci. 40. Desiderare agere vñ laus ꝛ admiratio ꝓcedit.

riētia acq̄sita ꝑ cōnaturalitatē ad virtutes: q̄si sapida sciētia. Aliter em̄
iudicat de castitate virgo ⁊ aliter ph̄us moralis. Sic Jerothe⁹ ꝑfect⁹
erat in diuinis: nō solū discēs: sz ⁊ patiēs diuina: vt b. Tho. ij. ij. q. xlv.
D ar. ij. Ve nobis q̄ sumus sal: sed infatuatū. S. superbi (stoltz vnd hof
fertig.) A. auari (anzügig vñ geytig) L. luxuriosi (lustsüchtig: vnkeisch
Facit hoc sal p̄sidētiū totā terrā oīm subditoꝝ sterilē: ne ꝓducat fructū
3 bonoꝝ operū. Farcimina aromatib⁹ cōdiunt̄. Et hi erāt aromatibus
virtutū cōditi: vt intus bn̄ afficerent̄ ⁊ disponerent̄ ad se ⁊ deū ⁊ extra ꝑ
bonū exēplū. Vos estis lux mūdi. Sic luceat lux vr̄a corā hoīb⁹: vt vi

deāt opa vīa bona ꝛ glorificēt patrē q̄ in celis est. Christi bonꝰ odor sumus: clamat Apls. O lumina extincta nr̄is tpibus: q̄nto maiora tāto plus ꝓpter magnitudinē eoꝝ fetentia: nō sic in p̄imitiua. Sint lūbi vīi p̄cincti: mactata caro: ꝛ lucerne ardētes in manibꝰ vīs: ardore ꝛ lumine boni exēpli. Exēplū dedi vobis vt quēadmodū ꝛc. ait christus optimis aromatibꝰ in sepulchro cōditus: ꝛ a Maria Magdalena p̄iꝰ vnctꝰ.

Farcimina ex tenui fiūt pellicula. Nā carnes cōcise salse ꝛ aromatibꝰ 4
cōdite medriana tenui circūdant. Et illi necessariorꝝ simplici necessitate ꝓpauptatē ꝓrēti sunt. Habētes alimēta ꝛ quibꝰ tegimur bis ꝓrēti simꝰ. Ecce q̄ curta suppellex. Nos cōtra oi cepa sumꝰ tunicatiores: in mariarerū abūdātia viuimus. Christus nō habet vbi caput suū reclinet: nos aūt magnificas edes inhabitamꝰ ꝛ tunicas pellibꝰ mardariorꝝ foderatas. Nō sic q̄ in melotis ꝛ pellibꝰ caprarꝝ habitabāt in spelūcis: in mōtibus circueūtes: quibꝰ nō erat dignus mūdus. Farcimina assant ꝛ pun 5
gunt: ꝛ dāt pinguedinē quā stillāt. Et illi ad ignē tribulationū assant et E
pungunt: ꝛ nihilominus nō erurunt: sed sapidiores facti sunt ꝓ deuotionis ꝛ gr̄arū actiōis pinguedinē. Audi farcimē sup craticulā iacēs: Laurentiū loc̄r patronū nr̄m: in maximis penis clāmaꝝ. Gratias tibi ago dñe: q̄ ianuas tuas ingredi merui. Et Stephanus ꝓ suis p̄secutoribꝰ dñm rogauit. Et christus in cruce vt ita facerēt exēplo suo docuit. Pater (inq̄t in maximo ardore charitatis ꝛ penaꝝ pēdēs) dimitte illis ꝛc. Vrebat ꝛ pūgebat Paulꝰ: Quis scādalizat ꝛ ego nō vror: ꝛ tū voluit esse ꝓ fratribꝰ anathema. Et Jo. Scotus (de q̄ in spec. hist.) graphijs a scolaribꝰ instar farciminis pūctus martyrū passus est. Habes far- 6
cimina frater virōs p̄fectos eccl̄ie custodes: vt sepes circūtēlos. O felicia tūc tpa ꝛ bodie cōgregatis felix bonoꝝ: q̄ tali vidēt sepe circūsepta. Jussit talē ex farciminibꝰ fieri sepē Jetro. Exo. xviij. Prouide inq̄t de oi plebe viros sapientes ꝛ timentes deū: in quibꝰ sit veritas: ꝛ q̄ oderint auaritiā. ꝛ cōstitue ex eis tribunos ꝛ centuriones ꝛ q̄nq̄genarios ꝛ decanos: qui iudicent ꝓp̄lm oi tpe. Et ita fecit Moyses strenuos eligēdo: mētior si nō has q̄nq̄ iā dictas ꝓditiones iusserit habere p̄fectos. (Eligetibi viros) nō femineos: nō carnales: veneri aut crapule indulgētes. sed viros strenuos: sicut ibidē subdit. (Sapientes) ecce sal. (Ac timētes deū) ꝓ assationē: ꝓpter deū patientiā habētes: nō remurmurātes: ſz gr̄arū actiōes agētes. (In quibꝰ sit veritas) aromatū virtutū ꝛc. intus sicut extra non falsi per simulationes aut mendacia ꝛ duplicitates. (Et qui oderint auaritiā) ecce membranulā tenuē pauptatis aut saltē sufficientie Et hec quidē etiā ꝓ secularibꝰ p̄sidentibus. Sed ꝛ specialiter in noua F
lege btūs Paulus ad Titū ca. i. ait. Oportet epm esse sine crimine: nō superbū: nō iracundū: nō vinolentū: nō pcussorē: nō turpis lucri cupidū Ecce pellē tenuē ꝛc. Applica si placet p̄dictis. Farcimina nō fiūt bona ex sanguine p̄incipū: q̄ nō manet simul. ꝛ edificantes eccl̄iā in sanguinibus malos custodes eccl̄ie ponūt: puta in eccl̄ijs vbi soli nobiles

recipiunt in canonicos p̄latos ⁊ ep̄os: ibi male custodit religio ⁊ sancti
7 tas. De quo vide in Summa Lugd. tractatu de auaritia. Erant ta-
les pfecte sepes apl'i: gloriosus apl'oꝝ chorus: christianitatem instar se
pis in modū chori siue corone circūdantes: quibꝫ cōtulisti p̄esse pasto-
res: o pastor eterne. Quos misit in mundū sicut ipsuꝫ pater in mundū
misit. Sicut misit me pater (inquit) ⁊ ego mitto vos. vtiqꝫ misit sicut
ipse missus fuerat in assatione: mactatiōe: in pauptate: hum[illegible]ate casti
tate ⁊ ceteris prenumeratis. Tales erāt sepes eoꝝ immediati successo
res: sepes viuētes (lebendige zün) Sed ve nobis: dirupta est maceries
hec: ⁊ ideo oēs qui p̄tergrediunt vindemiant vineam hanc. Destruxisti
oēs sepes eius posuisti firmamentū eius formidinē. Psal. Ergo neces
se habebit perire: ⁊ ad oculū perit. Nam vt dicit Eccī. xvi. Ubi non est
G sepes diripiet possessio. Successit alia maledicta sepes: ex spinis sese
cōplectentibꝫ pessimis hoibus: plane cōditiones spinaꝝ habētibꝫ. qua
rū vna est ꝙ se inuicē cōplectunt: vna tamē ab alia nō pūgitur licet oēs
alios pungāt. sic ⁊ illi mali se inuicē cōplectunt et diligūt: ⁊ simul iun-
cti om̄ibus alijs nocēt: ⁊ tamē se inuicē nō ledūt: de quibꝫ vtiqꝫ Naam
primo. Sicut spine pariter se inuicē cōplectunt: sic cōuiuiū pariter po
tantiū ꝯsumet. He spine auaroꝝ: luxuriosoꝝ: indeuotoꝝ: aridoꝝ: deū
nō timentiū: in sedem secesserūt: inter quos pauci admodū (si tn̄ aliqui
sint) reperiuntur boni: cū tamē meliores esse deberēt ceteris: ⁊ ipsimet
fatentur dicētes: nos habemus bonā cōmunitatē: bonos subditos: ⁊ ip
si mali sunt. Apertissime de talibꝫ loquit Micheas. vij. Perijt sctūs
de terra: ⁊ rectus in hominibꝫ nō est: qui optimus in eis e[illegible] quasi pali-
urus: ⁊ qui rectus quasi spina de sepe. Hec ille. Si optimi ex eis sunt
vt paliurus qui carduus est asperrimus: ⁊ rectus in eis est quasi spina
de sepe: quales igitur sunt mali ex eis? plane diaboli sunt. Et quorsum
hec oia inquis? horsum vt plangas nostrū statū in quo sumus: cū me-
mineris eius in quo erat primitiua ecclesiia. O felix cōgregatio si que
dam posset iam reperiri circūsepta sepe tali: staretqꝫ iesus in medio di
cēs Pax vobis. ¶ Ultimū qd̄ delectabile est in regione illa: est ꝙ colū
be assate inuolant in ora hyantiū instar filioꝝ israel in deserto: quibus
coturnices aduolabāt in maxia copia. Os meū aperui ⁊ attraxi spiritū
1 clamat Psal'. Fratres mei columba hec spūs sctūs est. q̄ in columbe
H specie apparuit sup christū baptisatū. Colūba inq̄ꝫ est nō formaliter ne
qꝫ ypostatice: sicut chr̄us homo: qꝛ nō assumpsit illā in vnitatē p̄sone: sꝫ
in ea apparuit: q̄tenus ostenderet se tales facere hoīes q̄les colūbe sūt.
Simplices fraternitatis amatores: qꝛ anīal gregale est. Mansuetos
sine ira irrationabili qꝛ sine felle est. Circūspectos ꝯtra dyabolū: qꝛ ad
fluenta residet vt in eis accipitrē speculet: ⁊ alijs virtutibꝫ ⁊ bonis par
tibꝫ p̄ditos: q̄s elicere potes ex btō Thoma tertia parte. q. xxxix. ar. vi.
2 ad quartū. Itaqꝫ p columbā spiritū sctm̄ intellige cū suis donis. Co
lumba hec assata est cū apparuit in linguis igneis sup apl'os die Pen-

thecostes ⁊ eos fecit corde ⁊ lingua ignitos: vt legē ignitā eius (q̄ dixit
Ignē veni mittere in terrā Luce.xij.) predicarēt. Sed nedū in tpe hoc:
sed ab eterno in camino illo īmēso paterni cordis: cui⁹ ignis est in sion:
⁊ camin⁹ eius in hierl'm. Isa.xxxi. flagrauit. Fōs viu⁹ ignis charitatis
⁊ spiritalis vnctio. Ip̄e em̄ est amor ille ardētissim⁹ p̄ris ⁊ filij: ꝓcedēs
ab vtroq; tanq̄ ab vno p̄ncipio. De sum.tri.c.i.lib. vi. Colūba hec ad 3
uolauit de sūmo celo dū os aptū haberēt orātes in cenaculo cētū vigin J
ti: alisq; suis cōcussit ⁊ fecit ventū vehemētē. osq; cordis eoꝝ intrauit: q̄
pri⁹ ꝑ os ꝓphaꝝ gemuit. ſm ꝙ tūc dixit Petrus: Viri frēs oportet im
pleri scripturā quā p̄dixit spūssctūs ꝑ os Dauid. Ecce colūba in ore ꝓ
phete Dauid. Seditq; sup̄ singulos eoꝝ spūssctūs: sicut colūba sup̄ se
pē. Quippe ꝙ ꝯgregati ⁊ circūplectētes se instar sepis amore erāt: ⁊ ho/
die de ore christi euolauit hec colūba sup̄ sepē illā. Insufflauit em̄ ⁊ ait
Accipite spm̄sctm̄ ⁊c. Colūba hec nedū sup̄ sepe māsit residēs illic dū 4
taxat: sz ⁊ de ea ī ceteros credētes cōuolauit. Actꝫ. iiij. Repleti sūt oēs
spūsctō ⁊c. Caderet hic q̄stio: an scti possint dare spm̄sctm̄: cui⁹ q̄re solu
tionē. Colūba hec nō defuit q̄diu sepes fiebāt ex pri⁹ descriptis farci 5
minib; īmo visibil'r sup̄ pl'imos apparuit. Seuer⁹ ille q̄ etiā muliebria
facere solebat opa: in ep̄m elect⁹ est ꝑ indiciū colūbe: q̄ sup̄ sepē illā sede
bat. Dic historiā si placet. Et circa b. Greg. apparuit dictantē: vt ait pe
trus su⁹ diacon⁹: ⁊ b. Tho. de aq̄no colūba appingit: ⁊ de multis alijs
sil'ia legim⁹. Itaq; tpib; illis instinctu spūsscti eligebant̄ ep̄i ⁊ fiebāt se/
pes: ⁊ iō apparuit colūba hec. Ve nr̄e tēpestati: q̄ nō de farciminib; ꝓ 6
bis scz viris habet sepes: sz de sentib; ⁊ spinis paliuris ⁊ tribulis. inde
⁊ in taliū electiōe nō spūs bon⁹ ⁊ sctūs colūba scz: sz timeo ali⁹ spūs in
specie corui: cui⁹ instinctu timeo fiat electio symoniaca carnal' ⁊c. ex ca/
daueribꝫ affectione nō charitatis: sed carnalitatis ⁊ cupiditatis. Ibi g̃ K
manet coru⁹ nō colūba: ibi sub sentib; delitescūt serpentes ⁊ buffones.
q̄b; patet aditus: q̄ subserpūt ⁊ subrepūt. malos ⁊ vitiosos loq̄r: q̄b; pa
tet ianua ⁊ accessus ad hmōi p̄sidētes. nō aūt bob; viroꝝ bonoꝝ: q̄b; se/
pes est p̄tēsa: vt superi⁹ dictū est. Nostrū erit fratres gemere ⁊ plāgere 7
hec tpa maledicta: in q̄b⁹ sic vt videm⁹ sum⁹ circūsepti. Conemur apire
os nr̄m ꝑ deuotas or̄ones: ⁊ clamare ad dn̄m fusis lachrymis: q̄tenus
suā miscōiaz faciat nobiscū: ⁊ mutet corda nr̄a dura ī corda carnea. nō
q̄ faciat nobiscū ſm iniq̄tates nr̄as: sed ſm magnitudinē miserationū
suaꝝ. Si iniq̄tates ob. dn̄e d. q̄s susti. Nemo plane: cū etiā nō iustificet̄
in ꝯspectu tuo oīs viuēs. Si viuēs ip̄e nō iustificat̄ in ꝯspectu tuo: quō
mortui corde? Operuit malitia terrā: ⁊ dignū est vt ꝑcutiamur flagell'
iracūdie: q̄ nob asperrima minant̄ pl'ioꝝ opiniōes q̄ ī ianuis iā sūt. Da
pacē dn̄e in dieb⁹ nr̄is: qr nō ē ali⁹ q̄ pugnet ꝓ nob nisi tu de⁹ nr̄. Roge.

Dn̄ica prima post octauas Pasche. Tiburtij ⁊ Valeriani.
Stultoꝝ infinitus est numerus. Ecc̄s.i. Euangeliū.

Periclitantium

Centesimadecima turba stultoꝝ est: Periclitātiū (Verfar narrē die verfarē vnd verfüren.) Periculū est equiuocū. Primo ꝑcat experimentū: ⁊ venit ab antiq̄ verbo perior. vnde peritus: ⁊ periclito. i. experior. Ter. in Eu. Fac periculū in palestra. Cice. primo de oratore. Subeundus vsus oim ⁊ periclitandi vires ingenij. Et sic periculū ꝑcat (erfarnüꝑ) Scdo periculū ꝑcat salutis discrimē ⁊c. ⁊ sic (verfarnüꝑ.) Vide Junianū. Ipsi sunt inprimis q̄ ꝑua negligunt pericula: nesciētes vel nō cogitantes ꝙ qui parua negligit paulatim decidit: ⁊ ꝙ (mit klingen erhebt sich der meꝑ tag) ⁊ q̄ nō curat cauere ruptionē circuloꝝ vasis ꝓpinquus est perditioni vini. Plane ꝑniciosissimū est hoc ge-

nus stultoꝝ ſm Chriſ. ſup Matth. Perijt Chaim ⁊ Judas ad maxia crimina: qꝛ parua nō vitauerūt. Niſi em̄ Judas ꝑ paruo reputaſſet pecuniā inopū ſurripere: in crimē ꝓditiōis nō incidiſſet. Chaim q̄q; ꝑmū deteriora obtulit: hinc inuidia ſuccēſus fratrē occidit atq; in ſceleris negationē ꝓrupit. Ipſi ſunt ſcdo qui pericula grādia nō curāt. Plane q̄dā ſe iactāt tanq̄ in hoc ſint laude digni: ꝙ dū īminēt grādia pericula nihil eos te[illegible]t: ſed quaſi īmobiles ea nō curātes ꝑmaneant: dantes hoc virtuti qd̄ vitio dandū erat. Siquidē aliqñ hoc ꝓcedit ex ſuꝑbia: aliqñ ex ſtoliditate ⁊ ſtultitia. ſicut deducit pulchre b. Tho. ij. ij. q. cxvi. Si hec intimiditas ꝓcederet ex charitate dei: qua q̄s ſuā conformat voluntatē volūtati diuine: aut ex cōtēptu reꝝ tꝑaliū: quas nō timeret ſibi auferri ꝑ pericula ⁊c. ſecus eſſet. Sed plane tales nō ſunt cōtēptores: ſed amatores rerū tꝑaliū: ⁊ nō dei ſed ſui amatores. ex alio igit̄ fonte ꝓcedit talis intimiditas in periculis. Sed ais: Et q̄ ſunt nole quib; pñt dinoſci tales fatui? Poſſent due ex p̄dictis elici. Una: parua pericula cōtēnere Alia: grandia pericula nō curare. Plane ſub his duab; oēs tales fatui poſſent cōprehendi. Sed his dimiſſis ſeptē quas reperi apud Antho. parte. iiij. ti. xiiij. ca. vij. §. ij. producā: per quas ſufficienter dinoſci poterunt hi fatui vtriuſq; generis.

¶ Prima nola eſt: pericula non timere. Sunt (vt dixi) qui nō vitant nec formidāt pericula: nō attēdētes illud poete. Felix quē faciūt aliena pericula cautū. Sil'es vtiq; Balaā ariolo: q̄ aſſuetus mōſtris mōſtra viſa nec ſtupebat nec formidabat: ita iſti periclitantiū viſa pericula nō vitāt. Sil[illegible]s latronib;: q̄ cū vidēt aliquē de latronib; ſocijs ſuſpēdi: nō ꝓpter hoc dimittūt furta: extimātes illud ſibi nō eſſe euenturū: imo aliqñ inter ſuſpendendū aliū ipſi burſas aſpicientiū abſcindunt.

¶ Scda nola eſt: pericula nō ſentire. Grādis hec ſtoliditas ⁊ fatuitas qui non ſolum non timent: ſed nec ſentiunt pericula in quibus ſunt ad modum ebrioꝝ ⁊ dormientiū. Hi ſunt ſimiles Jone: ꝓpter cuius pctm̄ nauis periclitabat̄: alij oēs clamabant ⁊ timebant: attendentes periculum ſubmerſiōis nauis: ipſe ſolus ea tempeſtate ⁊ periculo dormiebat Jone. ij. Et ideo alijs innocentib; euadentib; ipſe ſolus remanſit in periculo abſorptus a cete. Et Prouer. xxiij. Eris quaſi dormiens in mari: ⁊ quaſi gubernator amiſſo clauo.

¶ Tertia nola eſt: pericula diligere. Mira res: ſunt qui nō ſolū non ſentiunt periculū: imo ip̄m diligūt. adeo ꝙ ſe ſciēter in illud impingunt ⁊ immergunt: currentes ad loca que ſciunt ſibi periculoſa: ad loca vbi ſunt occaſiōes pctōꝝ: ⁊ in ſpectaculis mulieꝝ cōparere audent: ⁊ hmōi. Prouer. vij. De feneſtra domus mee proſpexi: ⁊ ecce video vecordem iuuenē: ⁊ mulier occurrit ei in habitu meretriceo ad capiendas aīas. Et paulo poſt: Et ſequit̄ eā quaſi bos ductus ad victimā ⁊ agnus laſciuiens: ⁊ velut ſi auis feſtinet ad laqueū: ⁊ neſcit ꝙ de periculo aīe agit̄.

¶ Quarta nola eſt: in periculis illaqueari. Sūt qui nō ſolū pericula

amant: sed ꝛ periclitantibꝫ se illaqueant: vt ab eis auelli nequeant. Ad modū eoꝝ q̄ existētibꝫ in periculo submersiōis volūt subuenire: vnde vt fatui mittūt se in aq̄s illos apprehendēdo ꝛ cū illis se stringēdo: q̄ ꝛ taliter astringunt ꝙ pereūtes nunq̄ dimittāt: imo ꝛ cū eis pereāt. O quot eiusmodi fatuoꝝ sunt: q̄ dū alijs occurrere se putāt: seipsos interimunt. De quoꝝ numero fuit is q̄ cū seculū deseruisset: ꝛ in eremo deo seruiret apparuit ei diabolus in forma viatoris cū multis lr̄is: dicē[illegible] missuꝫ a suis cōsanguineis eo ꝙ cū mortui essent sui ꝛ dimisissent ei magnam hereditatē pauperibꝫ dispensandam: nisi ipse illuc iret: multa scandala orirent de substātia illa. Unde ille incautus ꝑgens ad ciuitatē ꝓ hmōi re sedanda ꝛ substantia eroganda: inuenit oēs incolumes. qui tandē rogatus ab eis vt cū ipsis remaneret acquiescēs seculo se totū dedit.

¶ Quinta nola est: in periculis se onerare. Stultitia grādis: q̄ cū deberēt se exonerare ꝛ explicare ab impedimētis: in periculo siti ad modū aquaꝝ tumentiū: vt nudi ꝛ expediti liberius possent natare ꝛ euadere. Ipsi ecōtrario magis se onerāt ꝛ implicant rebꝫ tp̄alibꝫ ꝛ nociuis. i. Timoth. vi. Qui volūt diuites fieri incidūt i tentatiōes ꝛ laqueū magnū diaboli: ꝛ desideria multa inutilia q̄ ducūt hominē ad interitū.

O ¶ Sexta nola est: in periculis deū nō inuocare. Sūt q̄ cū sint in periculo deū nō excitāt: nec adiutoria illoꝝ vocāt: sine q̄bꝫ euadere nequeūt: sed potiꝰ volētes eos a ꝑiculo liberare ꝯtēnūt: ꝛ eos q̄s vidēt sibi nō acq̄escere ꝛ pericula fugere: eorūq̄ monita irridēt. Siles sunt isti duobꝫ generis Loth: q̄s cū admonuisset vt discederēt de ciuitate pessima: ne inuoluerent in periculo in ꝑditiōe illoꝝ de Zodomis nō [illegible]quieuerunt sed visus est eis ꝑ risum loqui: ꝛ ideo inciderūt cū illis in perditionē.

¶ Septima nola est: in periculis ꝓuocare. Non solū diuinū adiutorium vel sanctoꝝ nō aduocāt: sed eos ad iracundiā cōtumelijs prouocāt et vt maris delphines in tēpestate saltant: ꝛ vt frenetici in suis periculis exultāt: ꝛ eos q̄s nō vident inuolui periculis: insensatos ꝛ insanos reputāt. Sap̄. v. Nos insensati vitā illoꝝ estimabamus insaniā. Hic finiui sermonē ob tp̄is angustiā. Habes ecce nolas septē: quibꝫ fatui illi dinoscūtur. Uere fatui: q̄ in tā periculoso vite huius mari a periculis nō curāt cauere: sed sine ꝓuidētia instar papilionis in ignē candele inuolantes se ꝛ alios perimūt. In quo mari maxime sibi cauere deberēt ꝛ meminisse qd̄ dicit Prouer. xxviij. Beatus vir qui semꝑ est pauidus qui vero mētis est dure corruet in malū. Et qd̄ Hiero. ait. Ego oīa tuta timeo. Et qd̄ in ꝓuerbijs dicit: Qui amat periculū: peribit in illo.

P Sunt fateor in mari naturali pericula multa: s̄m ꝙ dicit Eccl. xliij. Qui nauigant mare enarrāt pericula eiꝰ. Nō tn̄ tanta sunt quanta in mundi habitatione. sed ꝛ illa corp̄is: hec aūt aīe respiciūt interitū. Sz ais: Et que sunt illa pericula huius maris? Multa plane ꝛ innumerabilia: illic ventoꝝ cōtrarietas: monstroꝝ diuersitas ꝛ pctōꝝ pōderositas: nauis debilitas: necessarioꝝ defectibilitas: periculorū varietas

malorꝫ perplexitas. Uidenꝫ ne tibi hec parua pericula: sed si placet at-
tende singula. Cõuerte oculos in mare cordis tui o frater: ⁊ vide si nõ 1
vehemẽtes sint ⁊ cõtrarij venti: quos Daniel vidit pugnantes in mari.
Dañ. vij. Uanus timor: vana spes: vanus dolor: ⁊ vanũ gaudium. ta
ceo de collateralibꝫ ventis: de quibꝫ Gerson in tract. de passio. Uide 2
deinde mõstrorꝫ diuersitatẽ: bestias q̃tuor: q̃ surgebãt de mari eodem:
de quo Dañ. Quarꝫ prima similis leoni: ipsa est superbia. Scda silis
vrso: ⁊ est carnalis voluptatis cõcupiscentia. Tertia silis pardo: ⁊ est
auaritia. Quarta dentes habens ferreos: ⁊ est crudelitas ⁊ malitia.
Sunt syrenes dulciter cantantes adulatores: a quibꝫ necesse est aures
obturare pice. i. cõsideratione deformitatis peccati. Exurgit hec bestia
apocaliptica habẽs. vij. capita ⁊. x. cornua: vitia scꝫ septẽ capitalia: et
preceptorꝫ transgressiones: ꝑ que pugnat diabolus contra nauigantes
hoc mare vt faciat perire. Apoca. xiij. Uidi bestiã de mari ⁊c. Quan 3
tũ periculũ deinde facit pctõꝫ ponderositas: cũ quibꝫ sunt ⁊ natant seu
nauigant per mare: q̃s ignorat? Plane qñ nauis est nimis onerata: ⁊ p̃ Q
cipue exurgente tempestate: nisi alleuietur submergit. Onerat reuera
nauim alicuius cõgregationis pctm̃ graue aliquoꝫ: sicut nauis in qua
nauigabat Judas cũ apl̃is in mari galilee periclitabat. Ambro. Caue
amus proditorẽ Judã: ne ꝑ vnũ multi fluctuemus. xxiiij. q. i. nõ turbat
Est p̃terea periculũ hic grande ꝓpter nauis debilitacẽ. Est nimirꝫ cor- 4
pus humanũ ⁊ sensualitas om̃i vitro fragilior: sed ⁊ nauis ista est ꝑfo-
rata: ita q̃ intrant paulatim aque tẽtationũ ⁊ malaꝫ delectationũ vsq̃
ad aiam ꝑ foramina q̃nq̃ sensuũ. Et sicut paulatim ⁊ q̃si guttatim aq̃
intrant in nauim ꝑ rimas: ⁊ nisi euacuenꝫ ita augerenꝫ q̃ naui submer-
gerent. Ita etiã ⁊ minima pctã nisi expellanꝫ de mente ꝑ cõtritionem ⁊
alios pios modos: ita aggrauãt mentẽ q̃ de facili posset quis submer-
gi in infernũ ꝑ mortale. Unde Aug. qđ facit fluctus irruẽs hoc sentina
neglecta. Est ⁊ periculũ ꝓpter necessarioꝫ ad viuendũ ⁊ nauigandum 5
defectibilitatẽ: carent em̃ virtutibus ꝑ quas vt ꝑ instrumẽta habẽt duci
Carent etiã vento grato: aure spũssancti: sine quo nõ potest nauis ꝓce-
dere in bonũ. carent nutrimẽto spiritaliũ consolationũ. Ostendit de- 6
inceps periculũ ꝓpter eoꝫ varietatẽ: numerat em̃ apl̃s varia pericula
in q̃ incurrit: quibꝫ spiritaliter plenus est mũdus. ij. Corinth. xi. Peri-
culis fluminũ: carnaliũ motuũ ad voluptates. Periculis latronũ: de-
monũ vel superbie ⁊ inanis gl̃ie: q̃ furanꝫ thesauros spiritaliũ bonoꝫ.
Periculis ex genere. i. cõsanguineoꝫ: ꝓpter nimiã ad eos affectionem.
Periculis ex gẽtibꝫ. i. infidelibꝫ verbis vel factis instigãtibꝫ ad errores R
Periculis in ciuitate: ex diuersis officijs in iudicando ⁊ nõ recte ⁊ ciui
liter cõuersando. Periculis in solitudine ꝑ accediã ⁊ p̃sumptionẽ suij psi
us: ⁊ propriã voluntatem sequendo. Periculis in mari: in studio sacre
scripture eandem nõ sane intelligendo: sed false vt heretici. Hec em̃ scri
ptura mare dicitur: vel in mari tribulationum ne deficiat: vel peni-

tentise ne recte agat. Periculis in falsis fratribꝫ .i. hypocritis ⁊ dolosis
7 simulantibꝫ se amicos ad decipiendū ⁊ nocendū. Est tandē periculū
ꝓpter ꝑplexitatē ⁊ implicationē maloꝝ adinuicē. Aliqñ em̄ quis est ita
implicatus in aliq̄ negocio: vt nō videat modū euitādi quin alteꝝ ma-
loꝝ incurrat: ⁊ dū vnū vitiū vult euadere in aliud inuoluit. sicut volen-
do vitare vanā letitiā incurrit in acediā: ⁊ cōtra. Legit̄ in vitaspa. ꝙ be-
atus Anthonius vidit mundū totū plenū laqueis seinuicē cō[illegible]ctētibꝫ
Et cū clamasset: O q̄s istos euadet? vox de celo ad eū facta est: sola hu-
militas. Puto iā satis videas quanta ⁊ q̄ sint in hoc mari spiritali peri-
cula: ꝓpter q̄ q̄s merito debet esse circūspectus: vt ea vitare curet: ⁊ non
ita septē illis p̄numeratis nolis infatuari: ꝙ stolidus ⁊ insensibilis ef-
ficiat̄ vt pericula nō timeat: nō sentiat. sed ea diligat: eis illaqueet̄: ī eis
existēs se oneret: deū nō inuocet aut etiā eū ꝓuocet. quinpotius sapiens
ad hecipsa ꝑ prudentiā ꝓpriā ⁊ maxime ꝑ dei gratiā euadat. Per dñm
nostrū iesum christū benedictū in secula seculoꝝ. Amen.

Dñica secunda post octauas Pasche. xxi. Aprilis.

Tpe interdicti: qd incipiebat̄ sabbato p̄cedente in matutinis ꝓpter
p̄sentiā Joannis mors cōplicis Jo. de trotta: quo die rex rhoma-
norum post prandiū recesserat: ⁊ idem cum eo.

Beatus homo qui inuenit sapientiā. Prouer. iij. Euāgeliū

S Vere beatus qui inuenit sapientiā: qr ꝑ eā oēs stultitias a se ex-
cutere pōt: quas hactenus audistis. Sed mox q̄stio animū pul-
sat: Et q̄ sunt signa ꝑ q̄ quis potest dinoscere homi[illegible] sapientē?
Dico ꝙ ꝑ septē aureas spherulas siue globulos instar p̄ceptoꝝ: de qui-
bus Macro. i. saturna. ca. iiij. ⁊. v. dicit: ꝙ bullā aureā in p̄texta ferebāt
Uide eundē. Sic in ꝓposito signū bone ⁊ sapientis indolis est: si sphe-
rulas has aureas in te aut alijs videris.

¶ Prima sperula (der erst gūldin knopff) est: Seip̄m iudicare ad vn-
guē. Initiū salutis cognitio suijpsi⁹: visita speciē tuā ⁊ nō peccabis: ait
Job. Et oraculū Apollinis Gnoti se auton: nosce teip̄m. Uide in spe-
hi. Tu iudica te: nō crede alioꝝ semꝑ iudicio. Plus alijs de te: q̄ tu ti-
bi credere noli. Noris q̄ tibi sit curta suppellex. Tu iudica te nō alios.
Dic tibi tu q̄s es: ⁊ nō iudices quenq̄. ait Abbas Pastor. Tu iudica
te: ad vnguē totū te explorās. i. ad ꝑfectionē. Et ē hec metaphora a mar-
morarijs sūpta: q̄ vnguē suꝑ marmora elaborata ⁊ plana fctā ducūt. q̄n
⁊ possum⁹ deducere ab his q̄ magna diligētia ⁊ ꝯsideratiōe aliq̄d faciūt
⁊ ī ip̄a re cogitāda vngues mordēt. Persi. Nec demorsos sapit vngues
T ¶ Scda spherula aurea est: Securū esse ⁊ ex se pendere. Cōfidit vt leo
iustus: sanā conscientiā habet nō remordentē: securus est non curās ꝓ-
ceres neq̄ vani ⁊ leuis vulgi opinionē: nō ad opinionē viuit sed verita-
tē: nō pendet ad alios sed testimoniū consciētie ꝓprie sua gloria est: quē
admodū Apl'us dixit. Uiuit solus aptis ianuis: nō timet īnentri etiā

nõ p̃monitus: semp̃ em̃ honestus ẽ: honeste se habet. Nõ sic non sic stult⁹ nollet videri in publico: quẽadmodũ viuit turpiter in p̃uato sp̃ cũ ficta p̃sona in publicũ p̃cedit: secur⁹ p̃terea est sapiẽs: q̃ nõ q̃rit q̃d faciãt p̃ceres ⁊ ceteri hoĩes. Uide d̃ hac sperula Sen̄. epl'a. lx. in fi. ⁊ lxi. magnã.

¶ Tertia spherula est. Rotundũ esse ⁊ teretẽ: mũdi instar habẽs teres atq̃ rotũdus: externe ne q̃d labis p̃ leuia sidat. Rotũdus est vt globulus: f[illegible]e mobilis ⁊ p̃suasibilis sapiẽtia q̃ desursum est: est p̃suasibilis ait Jaco. ⁊ Maffeus Uegius dicit: q̃ tales scti vt cera sunt flexibiles ad sequendũ ꝯsilia alioꝝ: q̃d tñ sane intelligere oportet: q̃ de s. Dñico legit̃ in spe. hist. q̃ nõ facile amouebat̃ a snia sua. ⁊c̃. Uide ibidẽ. Item rotũdus est: q̃ passiões nõ retinet: sed abijcit facile: instar globi super quẽ aliq̃d effundit̃. Secus de cõcauo fatui cordis q̃d oẽm immũdiciã inuidie: odij: ire: concupiscentie in se cõcludit: Rotũdus instar ericij se cõglobantis: nõ querẽs videri neq̃ videre. Sil'itudo ex Cirilli speculo de ericio ⁊ pauone cõgrua est: nec obstat q̃ Aristo. ⁊ Holkot sup̃ sap̃. dicit sapientẽ esse quadratũ: hoc em̃ verum est alio respectu. s. q̃ ad p̃spera ⁊ aduersa: eque em̃ ⁊ tessera stat sup̃ vnione sicut senione. sic ⁊ hic imobilis stat in aduersis ⁊ p̃speris. Item Sene. epl'a. lxi. allegat Sextiũ asserentẽ ire quadrato agmine exercitũ. vbi hostis ab omni parte suspectus est pugne paratũ. Idem inq̃t: sapiens facere debet oẽs v̄tutes suas vndiq̃ expãdit: vt vbicũq̃ infesti aliq̃d oriat̃ illic parata p̃sidia sint. U

¶ Quarta spherula est: Futura p̃spicere ⁊ considerare. Ille diem (ait Uirgil'.) q̃ longus erit sub sydere cancri: Quãtaq̃ nox tropico se porrigit in [illegible]pricorno Cogitat ⁊c̃. Declara ⁊ resolue i pũcta, Ipse instar periti naute: fidit arte sua prudentie: ⁊ se regit iuxta exigentiã negocij: ita q̃ nihil de cõtingentib⁹ omittit: quantũcunq̃ p̃celle tentationũ ⁊ vẽti. xi. passionũ exurgãt: sicut declarat Gerson in de passio. iuxta exigẽtiã finis sunt moderãda media. Utinã saperẽt ⁊ intelligerẽt ac nouissima prouiderẽt. Memorare nouissima ⁊ ineternũ nõ peccabis.

¶ Quinta sperula. Preterita resumere. Non prius in dulcem declinat lumina somnũ. Omnia quã longe reputauerit acta diei. Uirgi. Recogitat primo quid gestũ sit ⁊ quid nõ. Scdo cur isti facto decus abfuit aut ratio illi. Tertio cur hec snia dedit: quã meli⁹ mutare fuit. Quarto quid volui quid nolle bonũ foret. Quinto vtile honesto: cur malus ante tuli. Sexto nũ dicto aut deniq̃ vultu p̃strictus quisq̃. Septimo cur me natura magis q̃ disciplina trahit? Ecce sic se examinat vespere ait Uirg. cõformiter plane ad dicta sctõꝝ patrũ Bern. videlicet vt ait ⁊ pulchre deducit Maffe. Ue. lib. vi. ca. iiij. Conformiter etiã dictis b. Grego. sup̃ illo Job. i. Ac familia multo nimis quos vide.

¶ Sexta spherula est. Mercedẽ actis suis reddere: offendit̃ em̃ p̃uis reb⁹ ⁊ ledit̃ sapiẽs: bonis letat̃: itaq̃ posteaq̃ se iudicauit: seip̃z punit. p̃ malis tristãs ⁊ se remordens: p̃ bonis letat̃ ⁊ p̃ponit ea cõtinuatũ ire. Loquit̃ de h̃ iudicio late ⁊ pulchre Jo. Chris. sup̃ Math. exor. xlij. X

Conclusio.

¶ Septima spherula: que nō Vergilij: sed apli est: Omnia hec in gloriā dei referre. i. Corinth. x. Siue manducetis siue bibatis: siue quid aliud feceritis: oia in gloriā dei facite. Expone. Et christus: Diliges dñm deū tuū ex to. cē. Hoc est plane deū sup oia diligere: ī in eū oia referre. Declara quō vt manduces: vt viuas: vt dei mandata serues: vt regnū celoꝝ merearis: vt sic dei in te volūtas adimpleat. Hic est amor amicitie dei: sine q̄ nemo saluus fieri potest. Rogemus dñm [illegible]m: vt hanc nobis sapientiā prestet: ī stultitiā e corde nostro extrudat. Ipse qui est eterna sapiētia dñs nr̄ Jesus christus sup oia benedictus. Āmē.

¶ Iacobus Ottherus lectori salutem.

¶ Habes lector studiosissime doctoris nostri & verbo & exemplo prę-clari: de nauicula fatuorum opusculum varijs admodum necessarijs doctrinis copiosum. Quod &si non omniquaq̄ perfecte collectoris inscitia compactum conuincitur: prestabit tamen (vt confido) cuicunq̄ non modicū aggressi laboris iucunditatem. eius quem esse totius rei causam gratulamur autoritas. De opusculi quoq̄ imperfectione mirabit nemo qui rei difficultatem. eo considerauerit diligentius: quo ruditatem ingenioli mei nouerit perspicatius. quicq̄ eam cuius est scriptis ministrare affectum (charitatem loquor) cordibus fatuorū tanto scit abes̄ longius: quanto differt stultus eidem obuiare feruentius. Talis igitur cum sim: illius me (quod amare defleo) gratie vacuum experior. quapropter non mirum si multum autoritatis sermo spiritalis amittat: cui nullum charitas ministrat affectum. Vereor ne id charitatem suadētis apostoli dictū contra me aptissime veniat recensendum: quo ait inter cętera. Quidam oberrantes ab his (charitatem significans: quę puro cordi cōscientie bone & fidei non ficte innititur) conuersi sunt in vaniloquium: non intelligentes neq̄ quę loquuntur neq̄ de quibus affirmāt. Hanc autē qua nūc miser careo: deo fauente perpetuo conatu quantū potero adipisci curabo. cōfidens humiliter ab eius datore qui largissimus prędicatur demū exaudiri: meq̄ vel modica cœlestis sapientię luce perfundi. Tuū erit candidissime lector nostro parū tribuere labori: sed viri celeberrimi doctrinis perfectę charitatis proculdubio rore perfusis refertum fauorabiliter complecti opusculū. Vale ex Argen. iij. idus Februarij. Anno. 1510.

FINIS.

IOANNIS GEILERI VITA.

Beatus Rhenanus Seleſtatinus Iudoco Gallo Rubeaquenſi/ doctori theologo/ ac diui Mauritij apud Nemetes canonico. S;d.

Duplicē iacturā Argētoratenſes paucorū dierū intercapedine fecerūt. Anno em̄ ſuperiori Thomā Vuolphiū iuniorē vnicū latinę linguę ſpecimen amiſere: p̄ſenti vero optimo bene beatęq; viuēdi magiſtro Ioāne Geiler Cęſaremōtano priuati ſunt. Sic apud Thuſcos duo eruditionis lumina Picū & Politianū vno fere tpe mors ſuſtulit. Eā ob rē & eloquētia & religio Argētorati interīſſe videt: cū vtraq; ſuo ſit peculiari aſſertore viduata. Cętęrū nouiſti p̄ſtātiſſime vir quāta hic grauitate: quāta ſimūl authoritate tot annis populū edocuerit: hāc ei dubio ꝓcul vita ſanctior p̄perit. Talis em̄ eius oratio erat qualis vita. Nō inq; eorū more faciebat qui foris ſunt Catones: intus Sardanapali. & q alienos neuos carpētes: intercutibus ipſi vitijs ſcatēt. De abſtinētia diſputās ipſe ieiunabat caſtitatē laudans caſtitatē ſeruabat: ſacerdotiorū pluritatē damnans vno cōtentus viuebat. Quippe q nouerat nullū efficatius docēdi genꝰ q; agere q; p̄ceperis: cū hoīes magis exēplis ac doctrina capiant. Qm̄ vero ad defunctorū cōmendationē nos pietas inhortat: ego vitā huius clariſſimi viri paucis ſum cōplexus. nō tā vt glorię eius cōſulerē q; lōge lateq; dudū ꝓcrebruit: q; vt legētibus bn̄ agendi formulā quandā p̄ęberem. Tu hanc noſtrā opellam minime improbes p̄cor. ſi em̄ tibi placuerimus: ſat ſautorū nos habere arbitrabimur. Bene vale & ſalue theologorū eloquētiſſime: & Rhenanū tuū mutuiter ama. Ex larario noſtro in vrbe Seleſtatina: Idibus Maȷs. An: M. D. X.

IOANNIS GEILERI CAESAREMONTANI

Primi cōcionatoris in ęde ſacrę maioris eccleſię Argētoratenſis vita/ a Beato Rhenano Seleſtatino condita.

Si apud ethnicos qui vel arte bellica: vel legū ferendarū ſcientia: aut quauis alia eruditiōe cęteris p̄ſtabāt: ſcriptorū p̄conio nominis immortalitatē ſunt adepti. cur apud chriſtianos eorū qui ſanxius vixerunt: religionēq; impenſiſſime coluerunt nō foret illuſtris ad poſteritatem tranſmittenda memoria? Floruerunt ſane omi ęuo: q virtutes ceteris ardentius amplexati: heroicę vitę nō infimū veſtigiū attigerit. Ex horū numero nr̄a tēpeſtate fuit Ioānes Geilerꝰ Cæſaremōtanus: cuius vitę explicationē iā inde ſecūdo deo auſpicabimur. Ortus eſt Ioānes geilerus in vrbe Schafhuſia: anteq; ab inclyto Auſtrię ducatu deſciuiſſet Anno gr̄e M. cccc. xlv. decimaſexta Martij die. p̄re Ioanne geilero: matre aūt Anna Zubera. Pater cū ſcribę eius opidi miniſter fuiſſet a manu ducta vxore anno poſt apud Amerſuillanā plebē no

tarij officiū est assecutus. Eo itaq; cū fortunis suis q̄ iā recēs nato filiolo auctiores factę erāt cōmigrauit: vbi triēnio post aduersantissimā expertus est fortunā. Nā cū vrsum vineta depopulantē ꝑsequuturis sociū se adiunxisset: ab īmani illa bestia cui venabulū incerto ictu infixerat ita in crure altero mordicus appꝫhensus est ac misere lancinatus: vt iā de vita eius actū crederet cōclamatoq; similis iaceret. A quib⁹ em̄ opē expectabat: ab ijs penitus est neglectus: fuga saluti sue cōsulētib⁹; sic no[illegible] interdū forti pectore īminēti se obiecisse discrimini. Vulnus eo cōgressu acceptū nō lōge post sacro igne correptū virū cōfœcit. Amisso igit̄ patre cū iā trimatū implesset: a ꝓauo suo ciue Cęsaremōtano receptus est educandus. Cuius bn̄ficio ac cura post prima literaꝝ tyrocinia ad Friburgense gymnasiū missus liberalib⁹ disciplinis vacauit: magisterijq; laurea exigētib⁹ hoc studijs suis est coronatus. Exinde mox sacris initiari curauit. Et cū sacerdotē nil magis deceat q̄ꝫ sacraꝝ peritia literaꝝ: ne mysteriorū inscius a plebeio nihil differat: Basileā venit theologie operā datur⁹. vbi cū fere quinquēniū studijs sacris impēdisset: ad doctorale est culmē euectus. Vtinā atq; vtinā nr̄o ęuo sacerdotes nōnulli literis operā nauarēt: ne diuinaꝝ & humanaꝝ iuxta ignari: asino apud Gabriā mithologū sacra deferēti: eāq; ob rē a p̄tereuntib⁹ honore affecto ꝑsiles existerēt. Sed q̄d ęthiopē lauo? Cū iā Geilerus nouellus doctor theologie cōsultissim⁹ haberet & esset: Friburgū est accitus: vbi viri ꝓbitas antea oībus erat cognita: atq; christianaꝝ literaꝝ public⁹ interpres cōstitut⁹. Nec illic anno lōgi⁹ māsit. Nā Herbipolim q̄rūdā ciuiū ꝑsuasiōe ductus ([illegible]ib⁹ in thermis marchionianis e sacro pulpito declamās impēdio placuerat) futur⁹ cōcionator ꝑrexit. Qz vero gratus in ea vrbe cūctis extiterit: id subindicat: q; ducētos aureos donec sacerdotio opulētiori dotaret: ex cōditione singulis q̄busq; annis erat recepturus. Sed dū Basileā ꝓ aduehēdis q̄s illic reliq̄rat libris petit: a Petro Schotto Argētoratensi senatore viro tam graui q̄ꝫ prudēti rogatus est enixe admodū: vt si vspiā dn̄ici verbi enarrandi ꝓuinciā subire vellet: Argētorati id ageret: se daturū operā ne digna laboꝝ mercede careret. Ad hęc: Hortari hoīem vt suggestū inscēderet populoq; sui periculū faceret. p̄terea asseuerare: cū patrię scd'm parentes oīa debeam⁹: eo illud maxīe faciundū esse loco: q̄ Alsatię sit caput. Id aūt tp̄is ex Argētoratēsib⁹ primatib⁹ nōnulli fœlicib⁹ Petri Schotti auspitijs cōcionatorē decreuerāt cōstituere: q̄ solus huic officio p̄esset: ne religiosoꝝ fratrū (q̄ alternis in ęde maiori declamitabāt) varietate popul⁹ cōfunderet potius q̄ꝫ ꝓfectū capesseret. At sacerdotiū q̄ prouideri posset aliud nō occurrebat q̄ꝫ qd' sacerdotis est episcopalis ministri: quē vulg⁹ capellanū ep̄i vocitat. Schottus itaq; Roberto antistiti durissimo exactori. xxx. aureos ꝓ eo sacerdotio sub cōditione ꝑpetuę deinceps ad id officiū ꝓprietatis de suo q̄tannis exoluit: vnde fert q̄ngētos in eā rē aureos

ĩpēdisse. Verũ Herbipolēses lõgã doctoris absentiã ęgreferētes: maliq̃ aliqd amãtissimo viro accidisse suspicãtes: nũciũ miserũt Argētoratũ. q̃ haud vano cõsilio tãdiu retētus est donec alter post hũc morę causã rēq̃ oēm inuestigatur⁹ aduenisset. Sed interim parato sacerdotio lecta domo necessarijsq̃ id genus alijs dispositis: cõcionator assensu canonicoꝝ accedēte cõstituit. Remissiq̃ sũt Herbipolim tabellarij cũ literis nõ sine iusto neglecti tp̃is salario. Aperuimus iã satis supq̃ q̃ pacto Io. Geilerus argētoratensis cõcionator euaserit: nũc q̃lē se in reliq̃ vita gesserit paucis declarabimus. Nõ minus exēplo q̃ doctrina mõstrabilis: populũ sibi creditũ annis. xxxiij. fideliter cõtinēterq̃ docuit: nemini vnq̃ adulat⁹. Quin primores ecclesiasticos q̃ dignitatib⁹ magnisq̃ pluriũ sacerdotioꝝ cēsibus pollēt: sed his abutunt aut meretriculas fouētes aut ventrē ꝓ deo statuētes: grauiter tnsectabat. Tēpus aũt om̃e cui⁹ sumptus (Theophrasto autore) p̃ciosissimus est: ita dissecuit. aut em̃ cõtēplabat: aut agebat: aut quiescebat. Ociũ vt nocentissimã animi pestē vsq̃adeo vitabat: vt sõno excitatus e lecto q̃q̃ statim exiliret. Passionē sup̃ bñdicti seruatoris nr̃i Iesu christi sacrificaturus aĩo prius versabat: habebat ad hoc piũ meditatiõis exercitiũ: adiutrices chartas: ĩ quib⁹ crucifixi Christi figura depicta erat ĩ angulis affixas. Peragebat sacrificiũ in ęde virginũ vestaliũ: q̃s pœnitentes vocãt. Has ne luxu & delitijs diffluerēt: quib⁹ nec pudicitia tuta satis videret: in arctiori viuēdi regula cõtinuit. Nõ tñ deerãt q̃ aut amissione lucri: aut dęmoniaco forsan œstro p̃citi sanctã obseruatiõis institutionē p̃pedire moliti sint: sed hoꝝ conatus fauēte deo sua prudētia facile superauit. His etiã sacratis deo virginib⁹ Humbertũ de virtutib⁹ dignissimis sermõib⁹ explicauit: q̃s multo labore eiusdē monasterij sacerdos maxĩa collegit: viuētiq̃ adhuc autori recognoscēdos tradidit. Prodibũt hi ꝓpediē Schũreriano p̃lo excusi. Tãta ꝟo magnanimitate suijpsius cõsci⁹ humanã gloriã cõtēpsit: vt suaꝝ lucubrationũ nihil viu⁹ ęderet. cũ tñ id p̃ aliõs fieri sciret nõ approbare: sed acq̃escere videbat. Fragmēta passiõis Sermões in dñicã p̃cē cũ Speculo stultoꝝ & libelli alij vernaculę linguę ĩ publicũ exierũt. At nauis sapiētũ: & de morte opus ac pœnitētũ nauis altera latere adhuc dicunt. Quoties declamatur⁹ erat dicēda pri⁹ ad verbũ domi scribebat: s3 stilo extēporario & ob id incultiori: qualē theologos ętate sup̃iori fere oēs seruasse videm⁹. Bibliothecã habuit oĩs gñis libroꝝ refertissimã: quã ad successores trãsire piētissime voluit. Ibi neq̃ poetis neq̃ historicis sua loculamēta deerãt: maior tñ eoꝝ numer⁹ erat q̃ rē theologicã suis scriptis illustrarũt. Pauperes atq̃ egestosos maxima semp̃ liberalitate fouit. Hinc ꝓiectitñs infantulis q̃tidie fere aliqd dabat. Vidisses (vera loq̃r) innumerã illi quacũq̃ trãsiret circũfusam multitudinē: q̃ supplici voce patroni opē ĩploraret. Nemini vnq̃ sine munere passus est abire: q̃cq̃d em̃ ex sacerdotij cēsu vltra vitę necessaria superat id oē in vsus pauperꝝ erogabat. Hospitalitatē q̃q̃ in p̃egre aduectos sili stodio

exercuit. Eruditos ac ꝓbitate conſpicuos vehemẽter dilexit: & inter hos vnice q̃dẽ Iacobũ Vimphelingiũ municipẽ meũ: q̃ vrbẽ Seleſtatinã doctiorẽ tuliſſe vix credã. &ſi Hugone q̃ ī ſeruẽtias luculẽta cõmẽtaria edidit: ac Ioãne altero q̃ in ethicen Ariſtotelicã nõ ſpernẽda annotamẽta cõſcripſit: inſignis exiſtat. Hũc inc̃ oculis charioꝛẽ habuit: cũ hoc de ſublimibus reb⁹ diſſerere cõſueuerat. Thomã Volphiũ iuniorẽ (cui⁹ morte literę q̃q̃ Argẽtorati ſunt intermortue) munerib⁹ eſt ſepiuſcule ꝓſequut⁹. Sebaſtianũ Brantũ iurecõſultũ Baſileę degẽtẽ Argẽtoratũ ꝓmot⁹. Cartuſios atq; eos cœnobitas q̃ de familia ſunt diui Ioãnis hieroſolymitani religiõis obſeruãtiſſimi freq̃nter viſitauit. Ob ſummã ꝙo eruditionẽ cũ vitę ſanctimonia copulatã ab iuictiſſimo Imp. Cęſare Maximiliano bñ uolẽtia haud vulgari dilect⁹ eſt. Hũc interdũ ad ſe accerſire: accerſitũ nõ tã comiter c̃ familiariter cõpellare ſolitus erat. Hui⁹ etiã in magnis reb⁹ cõſiliũ nõ paruiẽſtimabat. Sacratiſſimo Cęſari p̃cepta q̃dã collegit: ad q̃ ſe rex cõponere debeat: vt ſuis vtilitatẽ: ſibi ꝙo gloriã pariat. Subinde dictitabat bonę cõſciẽtię eſſe Maximilianũ Aug. iuſtitię ac pacis literarũq; amãtiſſimũ. Et reuera principes omneis lõgo poſt ſe interuallo Maximilianus relinqt: neq; germanis vnq̃ maior victoriarũ ſpes data fuit ac ſub hoc clemẽtiſſimo potẽtiſſimoq; Cęſare. Sed vt vnde digreſſi ſum⁹ reuertamur: neutiq̃ ſilẽtio inuoluendũ eſt: ꝙ adoleſcẽtulos q̃tuor q̃ vexilla geſtãtes ſacramẽtũ euchariſtię reuerẽtiſſime comitarent: ex collectitia pecunia: cui bonã partẽ adiecerat: prim⁹ inſtituit. Fuit ſtatura ꝓcera: capillo criſpo: facie macilẽta: ac corpe gracili: ſed ſalubri & renũ dolore excepto nullis ęgritudinib⁹ obnoxio. Bis in die comedebat: vini paulo appetentior: magna tñ eſt ſemp abſtinẽtia vſus: vt vel ſacrũ q̃drageſimę tp̃s q̃tidiano ieiunio trãſigeret. Anteaq̃ aũt eo morbo corriperet: q̃ ei fatalis fuit: ab Auguſtana q̃dã ꝓbatę vitę puella (nullo hęc extrario alimento veſcit) p literas de iminẽte ſibi morte eſt certior factus. q̃ monitiõe nihil cõſternat⁹ diſſolui cupijt & eſſe cũ Chriſto. Augeſcẽte tãdẽ ob tumorẽ ęgritudine mẽbraq; vitalia ſenſim enecãte: naturę cõceſſit decimo Martij die: paulo poſt meridiẽ: An. ſalutis. M. D. X. Corpus eius ſeq̃nti luce eſt celebri pompa elatũ: atq; iuxta ſuggeſtũ illũ cœlatura imagũculiſq; affabre ſculptis ornatiſſimũ terre mãdatũ. Exequias ei⁹ ſacerdotes c̃plurimi celebrarunt: multorum ciuiũ atq; etiam ſenatus totius pręſentia honoratas. Compoſui ego mox epitaphiũ in viri ſanctiſſimi memoriã: quod vt a poſteris quoq; cognoſcatur hic ſubieci.

Deo trino & vni. Bene valeas quiſquis es.

Ioanni Geilero Cęſaremontano theologię cõſultiſſimo: Qui Pericle eloquentior: Socrate cõtinentior: Numaq; religioſior: vitę ſanctimonia & ſacris cõcionibus Argẽtorat. populũ An. xxxiij. nõ ſine magno ꝓfectu erudiuit. Nemini vnq̃ aſſẽtatus:

pauperes patrio affectu fouit: bonos ac doctos miro studio dilexit Argẽtorat. inclyta respu. ęterno decori & monimẽto posuit. Vixit Ann. lxiiij. Men. xi. D. xxiiij. Obijt totius alsatię lachrymis defletus: Sub Maximilliano Aug. a q̃ ob vitę integritatẽ plurimũ amatus est: An. gratię. M. D. X. Sext. Id. Martias. Proh q̃ recti exempli homo erat. Sed orta cadunt.

Sperabã aũt hoc q̃ lecũq; est epitaphiũ in saxo incisum iri: sed nihil cũ fidibus graculo: nihil cũ amaricino fuit: vt est in veteri ꝓuerbio. Literatores qdã semidocti barbaris notis barbarũ epigrãma lapidi sepulchrali circũsculpi curarũt. Hi sunt q lr̃as romanas maiusculas hebręas aũt egyptias esse cauillant. Verũ pudeat eos q latinũ sermonẽ se callere credunt: literas nõ agnoscere q̃b⁹ oĩs ętas vsa est: & sacri adhuc libri in tẽplis conscripti visunt. Sed breui hęc falsa opinio abolebit: cũ se literaria iuuẽtus oĩs ad priscã elegãtiã repudiatis grãmatistarũ deliramẽtis fœliciter cõponat. Tetigi iã vt arbitror breui relatione quęcũq; ad Geileri vitã cognoscendã necessaria ac scitu digniora visa sunt. Haud inficias eo multa me omisisse: sed q̃s paucis ĩnumera cõplecti posset? Adiuuit nos ĩ hac re partim Gangolyphus Lucelsteinus religiosus sacerdos: q viro huic multis annis fideliter ministrauit. partim kalendariũ q̃ddã antiquũ. in q̃ varia diligẽter signata cõperi. Memini me cũ id plustrarẽ & aliq̃ disquirere cępissem: circa diẽ natiuitatis e regione scriptũ legere Dies calamitatis. O bracteatũ & Pythio oraculo veriorẽ sentẽtiã: vita em̃ nr̃a bullę instar cito euanescit: erumnarũ ac molestię plenissima. vt sit tã vere q̃ eleganter a Pindaro ꝓditũ: vitã esse vmbrę somniũ. Est ꝓterea q̃si q̃dã malorũ ilias: fragilis: incõstans: fluxa & momẽto caduca. Quis igit mẽtis cõpos eam calamitatis q̃ fœlicitatis nomẽ potius mereri negabit? Q̃ si ob amicũ miseriis quibus oppressus erat solutũ liberatũq; gaudere solemus: mini me de obitu Ioãnis Geileri tristandũ erit. cũ is post multiiugos labores temporariã hanc vitã cũ ęterna cõmutans mundũ liquerit: beatorũ sortem (vt speramus) assequutus. VITAE FINIS.

Epitaphiũ Thomę Volphij iunioris decretorũ doctoris / conditum a Beato Rhenano Selestatino.

D. O. M.

Thomę Volphio iuniori põtificij iuris perito: priscę elegantię facundięq; studiosissimo. Quem tam immatura q̃ subitaria morte Romę sublatũ & q̃rites & germani fleuere: amici B. M. posuerũt. Vixit Ann. xxxiij. Mẽ. ix. Obijt An. salutis. M. D. IX.

Argentorati transscriptum. xvi. die Mensis Ianuarij. An. M. D. XI.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

VITA.

fouit: bonos ac doctos miro ſtudio di
reſpu. ęterno decori & monimẽto po
Men. xi. D. xxiiij. Obijt totius alſatię la
Maximilliano Aug. a q̃ ob vitę integri
t: An. gratię. M. D. X. Sext. Id. Marti
li homo erat. Sed orta cadunt.

ſt epitaphiũ in ſaxo ineiſum iri: ſed nihil cũ fi
aricino ſui: vt eſt in veteri ꝓuerbio. Literato
notis barbarũ epigrãma lapidi ſepulchrali
q̃ lr̃as romanas maiuſculas hebręas aũt egy
deat eos q̃ latinũ ſermonẽ ſe callere credunt:
s ętas vſa eſt: & ſacri adhuc libri in tẽplis con
falſa opinio abolebit: cũ ſe literaria iuuẽtus
iatis grãmatiſtas deliramẽtis fœliciter cõpo
reui relatione quęcũq; ad Geileri vitã cogno
gniora viſa ſunt. Haud inficias eo multa me
nera cõplecti poſſet? Adiuuit nos ĩ hac re par
inus religioſus ſacerdos: q̃ viro huic multis
partim kalendariũ q̃ddã antiquũ. in q̃ varia
mini me cũ id pluſtrarẽ & aliq̃ diſquirere cę
e regione ſcriptũ legere Dies calamitatis. O
o veriorẽ ſentẽtiã: vita em̃ nr̃a bullę inſtar ci
oleſtię pleniſſima. vt ſit tã vere q̃ eleganter a
abrę ſomniũ. Eſt ꝓterea q̃ſi q̃dã malo ilias:
momẽto caduca. Quis igit̃ mẽtis cõpos eam
mẽ potius mereri negabit? Q̃ ſi ob amicũ
erat ſolutũ liberatũq; gaudere ſolemus: mini
triſtandũ erit. cũ is poſt multijugos labores
erna cõmutans mundũ liquerit: beatorũ ſor
us. VITAE FINIS.

Volphij iunioris decretor docto
Beato Rhenano Seleſtatino.

O. M.

ri põtificij iuris perito: priſcę elegantię fa
Quem tam immatura q̃ ſubitaria morte
& germani fleuere: amici B. M. poſuerũt.
Men. ix. Obijt An. ſalutis. M. D. IX.

m. xvi. die Menſis Ianuarij. An. M. D. XI.